

VI. Quæres iterum: An facris ordinibus initiatus in infantia, tensusa potest ad servandam castitatem?

Respondeo: posse pro arbitrio, cum ad annos discretionis pervenerit, eligere statum Ecclesiasticum, vel secularem, & uxorem ducere, si velit: nisi tamen sufficienter instructus Ordinibus fuerit, ad quoslibet libere exercere, aut ordinationem suam aliquo alio modo approbet, ut supra tedimus. Ratio est. Quia Ecclesia nec vult, nec velle potest aliquem ad castitatem servandam abque omni suo consensu obligare: hanc enim obligationem Christus unicuique liberam esse voluit, Matth. 23. v. 11. dum ait: Non omnes capitis verbum istud, sed quibus daturum est. Qui potest capere capiat.

VII. Quæres tertio. An promissus ad sacros Ordines cum ignorantia obligationis continendi ordini annexæ, teneatur continere?

Respondeo: talem, vel vincibiliter, vel invincibiliter ignorasse obligationem illam. Si primum: teneatur servare continentiam. Nam ignorantia vincibilis æquipollens scientiæ; & qui sic ignoravit, censetur voluisse ignorare, & tacite obligationem ordini annexam consensisse. Si vero secundum: non tenebitur, præsertim si ita dispositus sit, ut si talem obligationem præscripsisset, Ordinem illum non suscepisset; unde nullo modo censetur in talem obligationem consensisse. Tales fuerunt tempore S. Gregorii Subdiaconi quidam in Sicilia: nungum audierant, Subdiaconum prohiberi esse uti matrimonio ante Subdiaconatum contracto; & antequam ordinarentur, viderant eo uti illos omnes, qui ordinati fuerant, scientibus Prælati, & ut licitum permittentibus: unde inculpabiliter sui perussarant, obligationem continendi Subdiaconatu annexam non esse. Cumeque facta esset lex, ut ad continentiam servandam cogerebantur, id durum visum est S. Gregorio, qui propterea 1. 1. Ep. 22. ita scribit: Ante trionium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Sicilia prohibiti fuerant, ut more Romana Ecclesia nullatenus sui uxoris miscerentur. Quod tibi durum, atque incompetens videtur: ut qui usum matrimonii continentia non invenit, neque castitatem ante promissis, compellatur a sua uxore separari.

S. II.

Resolvitur secunda Pars.

VIII. IN duplici sensu agitari potest quæstio. Primo: an Ecclesia possit debite contineri ab Ordinibus facris in totum auferre, & separare? Secundo: an possit in aliquo casu ex rationabili causa cum aliquo dispensare, seu ut matrimonium antea contracto utatur, sive ut matrimonium de novo contrahat?

Quoad primum, verius censetur non posse, seu non licere. Legem enim continentie sine injuria sacrorum Ordinum, & dignitatis Ecclesiasticæ solvi, & abrogari non posse testantur Syriaci, Ep. 7. c. 7. & Innocentius I. Ep. 3. c. quod evincunt etiam rationes, quas pro ea lege doctæ, & copiose exponunt. Quare non recte sentire videntur, qui dicunt, Ecclesiam, vel Romanum Pontificem hanc legem tollere posse, & generali permissione potestatem facere ordinatis, præsertim sacerdotibus, uxores ducendi. Multo minus illi audierunt, sunt, qui recte, & consulte sacrum Ecclesiam putant, si legem illam semel tollat. Urde nec Græci, qui plurimum licentia in hac parte sibi usurpant, eo progressi sunt, ut iam ordinati uxores ducunt, sed tantum, ut qui acceperunt ante ordinationem, eas apud se retinent. Quod ipsum tamen iis generaliter, non quia bonum, sed propter duritiam cordis eorum, Ecclesia permisit. Sed cum aliud sit tollere legem, aliud in ea dispensare. Ideo quoad secundum.

IX. Dico, non esse negandum, quin ex causa rationabili possit aliquando Ecclesia dispensare, ut quis facris Ordinibus initiatus uxorem ducat. Quoadmodum, & constat a summo Pontifice cum quibusdam dispensatum fuisse post Subdiaconatum, vel etiam Diaconatum susceptum, ex gravi tamen causa, & maxime si in susceptis Ordinibus solemniter non ministraverint. Cujus etiam exemplum dispensationis præbet Can. 10. Concilii Ancyran: ubi Diaconi in ordinatione procelantibus, se continere non potest, dari dicitur ab Episcopis illos ordinantibus licentia matrimonii ineundi. Et S. Gregorius supra laudatus, qui Siciliæ Subdiaconos uxoris uxores utentes non vult ab officio repellere.

Praesens autem dispensationis hujus testimonium exhibet Ecclesia Græca, que tolerante etiam Latina permittit, ut sui etiam majoribus Ordinibus initiati, permaneat in usu matrimonii antea contracti. Cujus tolerantia fidem faciunt Innocentius III. c. 14. Concilii Lateran. IV. & Cap. Olim, Unde in Concilio Lugdunensi, & Florentino nihil Græcis fuisse objectum legitimus, damnans eorum Sacerdotes, quod conjugio ante ordinationem contracto, post in Sacerdotio adhuc utantur.

X. Ratio autem est: Quia debite continetur Ordinibus facris, ut S. præcedenti ostensum est, solo jure Ecclesiastico fuit annexum: sed in eo, quod est jure tantum Ecclesiastico debitum, potest Ecclesia dispensare; ergo &c. Unde S. Th. 2. 2. q. 88. a. 11. in Corp. ait: Non est autem essentialiter annexum debite continetur Ordini sacro, sed ex statu Ecclesiæ: unde videtur, quod per Ecclesiam possit dispensari in voto continentie solemniter per susceptionem sacri Ordinis. In quo hæc dispensatio inter Religiosos solemniter profectos, & facris Ordinibus initiatos. Nam statui religiosi, cui per votum quis consecratur, continentis essentialiter est annexa; unde probabiliter sentit S. Th. cum eo dispensari non posse. At continentia non pertinet ad substantiam Ordinis, tamen cum eo

valde congruit: sed ex statuto Ecclesiæ annexatur. Solemnitas enim voti in ordinatione per se respicit ipsam ordinationem, qua quis consecratur in ministerium Dei; per accidens autem secum trahit votum continentie, nam sine tali voto tactio, vel expressio valide quis ordinarur. Quamobrem proprie loquendo non est hoc votum sollempne, sed flexum, annexum tamen solempni consecrationi, idest, sacra ordinationi; non ex natura rei, sed ex lege Ecclesiæ: & ita annexum, ut ex ejusdem Ecclesiæ constitutione non solum impediatur matrimonium, sed etiam dirimat, saltem secundum jus modernum.

XI. Probatur etiam a simili. Nam salvo Sacerdotis officio dispensari cum eo potest, ut utatur conjugio ante ordinationem contracto; quod a nemine negatur, & factum aliquando, a Græcis ab Ecclesia permittitur: sed dispensari poterit, ut ordinatus contrahat. Sive enim uxor ducta fuerit ante Ordinem, sive post, ejus usus æqualiter impedit, perturbat, ac dehonestatur officium, ac dignitatem Sacerdotis; ideoque neutrum concedi debet, nisi ex justa causa horum incommodorum sit dispensatio. Quod confirmatur. Quia si quis Presbyter olim duxisset uxorem, non ab ea separatur, tanquam irrito conjugio; sed amovebatur a ministerio: ratum ergo erat matrimonium. Ecclesia illud prohibente quidem, sed non dum irritat. Hinc Ancyrana Synodus ann. 314. Can. 10. eis, qui non reclamant ante Diaconatum promissos sunt, quamvis continentiam silentio suo profecti, si postea ad nuptias venerint, ab officio suo depositi, nulla dispensationis mentione facta, licet Communione conceditur. Et Synodus Arrelatensis III. ann. 533. Can. 7. Clericos, qui volentes, absque ulla reclamatione in state legitima facris Ordinibus initiati, tantum jubet, nulla dispensationis mentione facta, cum mulieribus, quas acceperint, excommunicari. A multis tamen hæc sacra Ordinis initiati ad contrahendas nuptias inhabiles facti sunt. Patet ex Can. 21. Concilii Lateranensis I. a Calixto II. ann. 1122. celebrati: qui Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis matrimonia contrahere penitus interdicit, & contracta disjungi jubet. Patet etiam ex c. 1. & 2. Extra, Qui Clerici, vel ordines, quibus Clerici in facris Ordinibus constituti prohibentur uxores ducere; & si duxerint, ab eis jubentur separari. Quod confirmavit Tridentinum, sess. 24. Can. 9. supra relato. Hic examinandum est; an omnes Ordines sint sacramentalia; sed hoc præstabit de singulis agendo resolvendo.

Q U Æ S T I O V.

De Episcopatu.

NUNC de singulis Ordinibus agere incipimus, eorum substantiam, materiam, & formam inquirentes. Et primo in hac quæstione agemus de Episcopatu.

D U B I U M I.

Utrum Episcopatus sit superior Presbyterii, & quo jure.

S. I.

Quædam prænotatur.

I. Episcopi nomen proprie loquendo significat hominem, qui alteri vigilat, easque curam gerit cum auctoritate, & jurisdictione. Sumptum autem est ab eo, quod est munus in Episcopatu, a potestate nimirum regendi corpus mysticum Christi; non a characterem, per quem Episcopus habet facultatem generandi Ecclesiam, quam desponsavit, Patres, & Pastores. Hinc Tertullianus Episcopos sæpe vocat Præsidentes, quod nempe, fidei fidei synaxium olim præsentent, seu quod synaxes sine Episcopis non agerentur. Eucharistia sacramentum (inquit) non nisi de manu Præsidium sumimus. Sanctus autem Augustinus Episcopum interdum vocat primum Presbyterum, Summum Sacerdotem: Quia est Episcopus (inquit) nisi primus Presbyter, hoc est, summus Sacerdos.

II. Hanc dignitatem, quæ cæteris supereminet, existere in Ecclesia negavit Acrius, ut supra, q. 2. dub. 3. §. 1. observavimus. Dicebat enim (apud Epiphanium, Hæres. 75. §. 3.) Quid est Episcopatus ad Presbyterium? Nihil differre hic ab illo. Unde enim est Ordo, & unus (inquit) honor, & una dignitas. Imponit manus Episcopatus, ita etiam Presbyteri. Quædam hæc Episcopus, similiter, & Presbyteri: dispensationem tamen divini facit Episcopatus; sed etiam Presbyteri.

Acrio proxime accessit Calvinus, qui lib. 4. Instit. cap. 4. §. 2. loquens de veteri Ecclesia; ait: Quibus ducendi manus injunctum erat, eos omnes nominabant Presbyteros: illi ex suo numero in singulis civitatibus unum eligebant, cui specialiter dabant ritum Episcopi, non ex æqualitate, non fieri solis, distindia nascebatur. Neque tamen sic honor, & dignitas superior erat Episcopos, ut dominium in collegiæ haberet; sed quas partes habet Consul in Senatibus, ut referat de negotiis, consulendo, moneendo, hortando, alios præceat, consilio fuerit, tam ad hunc regat, & quod decretum communis consensu exequatur; id munus suscipiebatur Episcopos in Presbyterorum coetu, atque id ipsum pro tempore necessitate humano consensu indubium faveat ipsi Veteres. Quibus Calvinus non aliam Episcopo auctoritatem tribuit in Ecclesia, quam sicut Consuli in Senatu, & hæc humano tantum consensu, & jure inductam. Ecclesia tamen Catholica semper agnovit, & confessa est, Episcopo

Episcopum esse simpliciter Presbytero superiorem; & hoc jure divino, non humano tantum.

S. II.

Resolvitur prima pars.

III. Dico, Episcopi sunt Presbyteris superiores. Ita S. Th. in Suppl. 3. p. q. 40. a. 4. ubi hæc docet; Sacerdos habet duas auctus: unum principalium, scilicet, consecrare corpus Christi: alterum secundarium, scilicet, preparare populum Dei ad susceptionem hujus sacramenti. Quorum autem ad primum actum potestas Sacerdotis non dependet ab aliquo superiori potestate, nisi divina; sed quantum ad secundum dependet ab aliquo superiori potestate, & humana. Omnis enim potestas; quæ non potest exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate, que illas ordinationes facit: Sacerdos autem non potest absolute, & ligare, nisi præsupposita prælati jurisdictione, quæ sibi subdantur illi, quæ absolute potest autem consecrare quilibet materiam a Christo determinatam; nec aliud requiritur quando est de necessitate sacramenti: quoniam ex quadam congruitate præsupponitur actus Episcopalis in consecratione altaris, & vestium. Et ita patet, quod oportet esse potestatem Episcopalem supra Sacerdotalem, quantum ad actum secundarium Sacerdotis, non autem quantum ad primum. Quæ S. Thomas verba hæc intelligenda sunt: ut circa consecrandum corpus Christi Sacerdos habet absolutam potestatem, cuius effectum Episcopus impedire non potest: quamvis enim prohibere potest Sacerdoti, ne consecret, vel baptizet; non potest tamen impedire, quin vere consecret, vel baptizet; si se consecrare, vel baptizare attentaverit: si tamen ei prohibeat, ne absolvat, vel liget; est attentaverit, nihil facit.

IV. Quia tamen superioritas potest aliquid duobus titulis convenire, vel ratione Ordinis, vel jurisdictionis; utroque etiam Episcopus Presbytero est superior. Nam Episcopus sui sui ordinationis potest ordinare, confirmare, chrismata consecrare, templa, & altaria consecrare: hæc autem Presbyter sui sui ordinationis non potest, & si tentare facere, nihil faceret; ergo Episcopus est superior Ordinis potestate: nam si eadem foret in utroque, quidquid vi ordinis fieri Episcopus, facere saltem valide potest Presbyter. Hoc titulo excellentiam Episcoporum supra Presbyteros ostendit Epiphanius, Hæres. 75. num. 3. Siquidem Ordo Episcoporum ad regendum præcipuus pertinet; hujus enim est Petrus in Ecclesia præcipuus. Presbyter cum Patre non potest, filius Ecclesiæ regenerationis locutione producit, non tamen Patrem, aut Magistram. Idem ait Hieron. Epist. ad Evagrium (per Evangelium) Quis enim facit, excepit ordinatione Episcopus, quod non facit Presbyter? Ex quo inferit (Dialogo adversus Luciferianos) quod, cum in sedis eorum nemo esse Episcopus, qui ordinare potest Sacerdotes, eorum sedis interdictio: Nam Ecclesia non est, quæ non habeat Sacerdotem.

V. Quod Episcopus etiam jurisdictione sit major Presbytero: Prob. primo, Quia Episcopus potest excommunicare. Indulgenter facere, Confessoriam ad absolvendum probare, quæ si attenter Sacerdos, etiam Parochialis curam habens, nihil agit. Secundo ex S. Thoma. loco citato. Potestas tanto est altior, quanto ad plura se extendit: sed Episcopalis potestas ad plura se extendit, quam Presbyteralis. Nam hæc se extendit ad purgandum, & illuminandum tantum: Episcopalis autem ad hoc, & rursus ad prescribendum (ut Dionysii dicit, cap. 5. Hierarch.) ergo &c. Tertio est eodem ibi: Divina ministeria dicunt esse magis ordinata, quam humana: sed humanorum ministeriorum ordo extitit, ut in quolibet officio proponatur unus, qui sit princeps illius officii, sicut proponitur militibus dux; ergo & Sacerdotibus debet aliquis proponi, qui sit Sacerdotum Princeps, & hic est Episcopus; ergo Episcopalis potestas debet esse supra Sacerdotalem.

S. III.

Resolvitur secunda pars.

IV. Dico, Episcopi sunt ordinis, & jurisdictionis Presbyteris superiores jure non humano tantum, sed divino. Et quidem Episcopos saltem jure humano esse Presbyteris superiores, constat ex dictis S. præced. nec Calvinus ipse absolute negat.

Quod vero sit etiam jure divino superiores, ostendo primo. Quod habet Episcopus supra Presbyteros ex vi ordinationis suæ, habet jure divino; quia habet illud ex institutione Christi. Nam ordinatio Episcopi est caeremonia instituta a Christo; quia ut dicemus verum sacramentum est, & per eam datur potestas Episcopos transferendi etiam in alios potestatem conferendi sacramenta: quod certe ab Ecclesia conferri non potest, sed a solo institutore Ecclesiæ Christo: sed ea, in quibus Episcopus Sacerdos excellit, nempe, ordinare, confirmare &c. habet vi ordinationis suæ; ergo ea habet a Christo.

VII. Ostendo secundo, ex S. Epiphano supra relato. Ille jure divino alterum superat ordinem potestate, qui potest generare Patres Ecclesiæ, cum aliter non possit generare, nisi filios: & quod potest generare Patres Ecclesiæ, habet ex institutione Christi. Atqui Episcopus potest generare Patres Ecclesiæ, nempe Presbyteros: Presbyter vero potest tantum generare filios, nempe simplices fideles; & quod Episcopus potest generare Patres Ecclesiæ hoc habet ex institutione Christi, sicut ex hæc habet Presbyter, quod potest generare filios Ecclesiæ. Thol. Tom. III.

Episcopus enim habet, quod possit generare Patres Ecclesiæ per ordinationem sacerdotalem, sicut Presbyter generat filios Ecclesiæ per lavacrum regenerationis; & proinde uterque generat per collationem sacramenti: potestas autem sacramenta conferendi ab alio dari non potest, nisi a Christo sacramentorum auctore.

VIII. Ostendo tertio: ex S. Leone Magno, Ep. 88. ad universos Germaniam, & Gallia Episcopos. Ubi postquam ostendit præstantiam Episcopi supra Chorepiscopos, & simplices Presbyteros, ex multis, quæ solus Episcopus facere potest; vel si aliqua non Episcopus facit, solus tamen Episcopus jure ordinario facit. Omnia hæc confirmat 1. ex veteri lege, in qua fuit unus summus Sacerdos, nempe, Aaron, & qui succedebant Aaroni; & præterea erant omnes inferiores Sacerdotes, omnes nempe, Aaroni filii; denique erant cæteri Levitæ, qui a Levi descendebant, sed non per Aaronem. Hæc autem gradus jure divino distincti erant; ut jure divino summus Sacerdos auctoritate, & dignitate superior esset inferioribus Sacerdotibus; & hi superiores essent cæteris Levitis: unde tertium illorum graduum distinctio per Moysem per Christum instituta; figurata fuerit hierarchie per Christum instituta in lege veteri; figurata in lege nova; & Episcopi sint in lege nova quod erant summus Sacerdos in veteri; & quod erant inferiores Sacerdotes, modo sint simplices Presbyteri, sicut quod erant Levitæ, modo sint Diaconi: ne sit minus presertim figurata, quam umbra, & figura, oportebit ut excellentia Episcopi super Presbyterum, & Presbyteri super Diaconum sic jure divino constituta. Unde S. Th. citata q. 40. a. 4. ad 1. Aaron (inquit) Sacerdos fuit, & Pontifex, idest, Sacerdotum princeps. Summis ergo Sacerdotibus potestas ab ipso eorum; in quantum fuit Sacerdos sacrificia offerens, quod etiam minoribus Sacerdotibus licebat. Sed non ab eo in quantum fuit Pontifex, per quam potestatem poterat aliqua facere (ut ingratul similis in anno in Sancta Sanctorum) quod alii non licebat.

Secundo. Idem confirmat S. Leo ex lege nova. Nam jure divino Apostoli auctoritate, & dignitate superiores fuerunt, ut constat ex distincta, & diversa institutione. Apostolos enim instituit, Luca 6. v. 13. Ubi vocatis omnibus discipulis: Eligite duodecim ex illis, quos & Apostolos nominavit. Lucae autem 10. Designavit, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Licet autem omnes miserit; folis tamen Apostolis tanquam electis dixit, Jo. 20. v. 21. Sicut misit me Pater, & ego misit vos. Solis eis dedit tunc Spiritum Sanctum cum facultate remittendi, & retinendi peccata. Cum ergo Episcopi succedant Apostolis, & simplices Presbyteri septuaginta duobus discipulis, quod præter Leonem asserunt magno consensu Patres alii; sequitur, quod Episcopi jure divino sint Presbyteris superiores.

IX. Ostendo quarto, ex S. Th. a. 4. citato, ad 3. Sicut omnium verum naturalium perfectionibus præcipuis exemplaribus in Deo: ita Christus fuit exemplar omnium officiorum Ecclesiasticorum; cum ergo unusquisque minister Ecclesiæ quantum ad aliquid gerat ipsum Christum; ille est superior, qui secundum majorem perfectionem Christum representat. Sacerdos autem representat Christum in hoc quod per se ipsum aliquid ministratum implet; sed Episcopus in hoc, quod alios ministros ministratum, & Ecclesiam fundavit. Unde ad Episcopum pertinet mancipare aliquid divinis officiis, quasi cultum divinum ad similitudinem Christi hæc auctoritate; & propter hoc etiam Episcopus specialiter sponsus Ecclesiæ dicitur, sicut & Christus. Ergo Episcopus Christum perfectius representat.

X. Accedit ratio, quam non contemnendam putat Eihus, in 4. dist. 24. §. 25. qua per hoc aliquid jus divinum probare nituntur hoc modo. Constat inter omnes Orthodoxos, Petrum, ejusque successores jure divino primatum tenere totius Ecclesiæ; ergo quo jure unus Prælati sui omnibus eodem oportebat etiam particularibus Ecclesiis fuis præfere Antistites; ut sic a capite per majorem membra ad minoras, christianum influxus descenderet.

XI. Secunda pars, quod jure divino sint etiam jurisdictione Episcopi Presbyteris superiores: præter hoc usque dicta, que potestatem etiam jurisdictionis evincunt, probatur primo, ex Act. Ap. c. 20. v. 28. Ubi Paulus: Attendite vobis (inquit) & universo gregei, in quo vos Spiritus S. posuit regere Ecclesiam Dei. Hinc ad Timotheum 5. v. 19. Adversus Presbyterum, accusationem non recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Et ad Titum 1. v. 5. ait: Reliqui se Græca, ut ea qua desunt corrigas, & constituas per Civitates Presbyteros. Episcopi ergo, quales erant Timotheus, & Titus a Spiritu S. positi sunt Rectores, & Judices fidelium; adeoque simplicibus Presbyteris superiores. Episcopi namque Principes sunt Ecclesiæ, Presbyteri vero subditi: jurisdictione autem penes Principem residet, non penes subditos. Propterea Concilia omnia tam generalia, quam provincialia ab initio Ecclesiæ folis Episcopis Judicibus celebrata sunt; & si quando cum Episcopis Presbyteri in Concilio federant: non suo, sed Episcoporum absentium, quos representabant, nomine federant: & si Concilia interfuerint, fecerunt hoc tanquam Consultarii, non tanquam Judices, sicut & licet tanquam auxilium, & defensionem omnibus in Ecclesia eminetur: sed Episcopi in jurisdictione non minus, quam in ordine Apostolis succedunt; ergo &c. Audiat Augustinus, enarrat. in Pl. 44. Quod est (inquit) pro Patribus tuis nati sunt tibi filii; Presbyter missi sunt Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt tibi; constituti sunt Episcopi. Hæc enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? ipsa Ecclesia.

alaque praeter illos vocat: ipsa illis genuit (per Episcopalem ordinationem) & ipsa illis constituit in scribis parum (Apostolorum) non ergo se praeferat, quia non videt parum, quia non videt Paulum, quia non videt parum, pro paribus tunc nisi sunt ibi filii. Constituta filii ejus (Episcopi) constituit sunt principes super omnes terram. ... Pater genuit Ecclesiam, constituit eos pro paribus suis principes super omnes terram. Ita acute de more S. Aug. & merito. Si enim qui in lege veteri succedebat Aaroni, & alii nominibus, divino jure, jurisdictione superioribus erant omnibus etiam minoribus sacerdotibus; unde Deut. 17. v. 12. dicitur: Qui superbiunt, nolenti obedire sacerdotibus imperio, qui eo tempore ministrabat Domino Deo suo, decreto Juris non videtur homo ille; cum id sit Episcopus in Ecclesia, quod erat Pontifex in Synagoga, ut supra dictum est, omnes de Ecclesia ejus imperio obedire debent, & quidem divino jure.

XIII. Tandem ille Episcopos Apostolorum successores cum eorum jurisdictione inquit, qui instituit Ecclesiasticam hierarchiam constantem ex Episcopis, Presbyteris, & ministris alii, sed hanc non alius, nisi Christus, qui Ecclesiam fundavit, instituit: ergo &c. Unde Trident. Sess. 23. Can. 6. Si quis dixerit (inquit) in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam: quae constat ex Presbyteris, & Ministris: anathema sit. Et Can. 7. Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores: anathema sit.

§. IV.

Contraria Rejiciuntur.

XIV. Obijecit primo Acrius locum 1. ad Tim. 3. Ubi cum Paulus de Episcopo verba fecisset, omnia Presbyteri mentione, continuo ad Diaconos transitum facit: habebat ergo Paulus pro eodem Episcopum, ac Presbyterum. Similiter, ad Titum 1. referens dotes necessarias in Presbytero, ad hoc ut ad hunc Ordinem velat promovendi, simul videtur Episcopi enarrat. Et ad Philip. 1. v. 2. plures eodem tempore unus Civitatis Philippensis Episcopos agnoscit. Alii enim: omnibus sanctis, qui sunt in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & Diaconis. Cum ergo unus Civitatis plures Episcopi non sint; nomine Episcoporum intelligitur simplices Presbyteros.

XV. Ad primum respondeo cum S. Chrysost. Hom. 11. in sermone locum, quod Paulus ideo de Presbytero tacuit: Qui facit inter Episcopum, & Presbyterum interest forma nihil. . . . Solo quippe ordinatione superiores illi (Episcopi) sunt, arguo hoc tantum plus quam Presbyteri habere videntur. Si ergo Episcopi ordinatione superiores sunt; hoc ipso jure divino saltem ordine Presbyteris superiores sunt. Alii tamen respondeo S. Epiphanius: Apostolos initio propter mirrorum raritatem, singulis Ecclesiis tantummodo Episcopum attribuisse cum Diacono; eo quod per hos solos sine Presbyteris distincta Ecclesiastica ministeria compleri possent. Quid enim Presbyteri faciunt, & Episcopos facere possent, non contra: ceterum Diaconi ministerio Episcopum carere non possunt.

Ad secundum dicit S. Joann. Chrysost. ibi, Paulum ibi loqui de Presbytero, qui simul promovendus erat in Episcopum. At enim: De consecratione per Civitatem Presbyteros. Dicit etiam (& forte verius) potest, locutum fuisse Paulum de simpliciter Presbytero, maxime qui curam aliorum vel parochialium debet habere. Constat enim in Ecclesia Timotheo subjectis non defuisse simplices Presbyteros: ideo enim 1. ad Tim. 3. v. 17. Qui bene presunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Erant ergo in Ecclesia Timothei plures simplices Sacerdotes, quorum aliqui laborabant in verbo, & doctrina; alii vero tantum Sacerdotio fungebantur. Rufinus ibi v. 18. ait: Adversus Presbyterum accusatum non respice, nisi sub duobus; non verbis: scilicet. Erant ergo Presbyteros Timotheo subiecti, quos iudicare poterat, & proinde non Episcopi. Quod colligitur ex Epist. Jacobi v. 14. Iudicat Presbyteros Ecclesia. Et ex Act. 24. v. 23. ubi dicitur de Paulo, & Barnaba: Cum constitisissent per singulas Ecclesias Presbyteros. Hoc autem constat fuisse simplices Presbyteros, non Episcopos.

Ad tertium, primo dico, ut supra cum S. Epiphanius, Hic 75. Philippenses, ad quos Epistola dirigitur, fuisse integre Provinciam, non unius Civitatis nomen, in cuius qualibet Civitate unus Episcopus erat cum Diacono, nullus autem simpliciter Presbyter. Non enim (inquit Epiphanius) omnia Basin pariterunt Apostoli constituit: Presbyteri enim opus erat, & Diaconis, per hoc enim duo Ecclesiastica compleri possunt. Ubi vero non invenitur qui dignus Episcopatus, permansit locus sine Episcopo. Ubi autem opus fuit, & erant digni Episcopatu, constituti sunt Episcopi. Cum autem multum non esset, non inveniri sunt in eis, qui Presbyteri constituerentur, & contenti fuerunt solo Episcopo in loca constituto &c.

Ita S. Epiphanius respondeo Acrio, qui ex hoc Pauli loco asserbat, Presbyteros ab Episcopis non distingui.

XVI. Secundo: admisso, Episcoporum nomine intelligi a Paulo etiam presbyteros, observo: Episcopos nomen sumi posse primo specialiter pro illo, qui in ordine Ecclesiastico primus, ac Princeps est: & in hoc Concilio Trident. Sess. 23. c. 4. intelligit verba Act. 20. In quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos. Secundo, generaliter, & comprehendit etiam Presbyteros, praeterim illos, qui habent curam animarum. Nam

quamvis revera ab Episcopis fuerint semper diversi; ab initio tamen sub eodem nomine Episcopi comprehendebantur. Ita S. Thom. in c. 1. Epist. ad Philipp. Lefl. 1. ubi quaerens, cur Paulus intermitit ibi Presbyteros? Respondet: Quod comprehenditur cum Episcopi, quia in una Civitate non sunt plures Episcopi: unde dicens in plurali, dat intelligere etiam Presbyteros. Et tamen est alius ordo, quia ex ipsi Evangelio hoc legitur, quod post designationem duodecim Apostolorum (quorum personae gerunt Episcopi) designavit septuaginta duos discipulos, quorum locum Sacerdotes tenent. Dionysius etiam designavit Episcopos, & Sacerdotes. Sed in principio, licet ordinem fuerint distincti, non tamen nomina Ordinum. Unde hic comprehendit Presbyteros cum Episcopi. Videndus est S. Doctor, 2. 2. q. 184. art. 6. ad 3. ubi dicit quod minores Presbyteri, etiam curam animarum habentes, ita se habent ad Episcopum, sicut haliui, vel presbiteri ad Regem.

XVII. Secundo obijciunt recentiores haeretici S. Hieronymum, qui, Epist. 84. dicit: Paulus aperte docere, eodem esse Presbyteros, quos & Episcopos. Et in c. 1. Epist. ad Titum: idem (inquit) est Presbyter, qui & Episcopus; & contra quod Diaboli insinuat in Religione haereticos, & dicitur in populo, ego sum Pauli, ego Apollus, ego autem Cephas, cum tamen Presbyterum consilio Ecclesiae gubernarent. Postquam vero unusquisque, eos, quos Episcopos esse suos putabat, esse non Christi; in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur caeteris. Et postea: Episcopi novissimi magis consuetudine, quam dispositione dominice veritate Presbyteris esse majores.

Augustinus etiam, Epist. 19. modo S. c. 4. dicit, Episcopatum Presbyterio majorem esse, secundum honorum vocabula, quae iam Ecclesiae usui obtinuit.

XVIII. Respondeo. S. Hieronymum nil aliud velle, quam quod olim nomen Episcopi commune fuerit Presbyteris inferioribus, ob communem curam rerum Ecclesiasticarum: quodque ante exorta schismata gubernarentur Ecclesiae communi Presbyterorum, non quidem potestate, sed consilio. Postea vero Presbyteris plus quam par erat sibi arrogantis, adeo ut unusquisque illorum Ecclesiam sibi propriam quasi faceret, quasi decretum fuit, ut qui non nomine tantum, sed ordinatione, ac re ipsa erat Episcopus, ac inter Presbyteros Princeps, eam superponeretur caeteris, & loci eminentia, & rerum ecclesiasticarum cura; quae non amplius tanta, & adeo libera, ut prius, Presbyteris permitteretur, sed penes Episcopum remaneret, ut dependentiam, & inferioritatem suam recognoscerent. Neque negat Episcopum esse absolute Presbytero superiorem: sed dicit: potius consuetudine, quam divina dispositione veritate esse majorem, nimirum quantum ad eminentiam honoris, & elevationem fedis sublimioris in Ecclesia. Causa autem, cur Hieronymus citatis locis vehementer loquitur, est: In Epist. quidem 84. ut frangat superbiam eorum Diaconorum, qui se Presbyteris anteponebant. In Epist. vero ad Titum, ut quosdam Episcopos ad modestiam revocaret; qui se supra Presbyteros immoderate efferebant.

Ceterum, quod S. Hieronymus agnovit Episcopum jure divino superiori Presbyteris, tum ordine, tum jurisdictione, constat. Nam, Dial. contra Luciferianos, c. 4. docet: Ex auctoritate divina descendere, quod Episcopatus non confirmatur, nisi per Episcopum. Addeque: Salus Ecclesiae in Summi Sacerdotis (id est Episcopi) dignitate pendet: cui si non exors quidem, & ab hominibus eminentes detur potestas, tot in Ecclesia efficiuntur schismata, quot Sacerdotes. Et Epist. ad Evagr. seu Evangelium: Ut sciatis, inquit: traditione apostolica sumptis ex veteri Testamento: quod Aaron, & filii ejus, ut qui Levitis in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi vindicant in Ecclesia. Et insuper, Epist. 2. c. 9. ait: Quod Aaron & filii ejus, hoc est Episcopatum, & Presbyteros esse nosse videmus. Constat autem, quod tres illi gradus fuerint divina ordinatione distincti: ut Pontifex major esset Sacerdotibus, & Sacerdotes Levitis, Exod. 28. 29. Nam, 16. 17. Deut. 17. ergo similiter ex mente Hieronymi est, quod Episcopus jure divino major est Presbyteris, & Presbytero Diaconis. Unde, Epist. ad Eusebium, adversus errores Joann. Hierosolym. damnat has voces: Nihil innoxium inter Presbyteros, & Episcopum: eandem esse dignitatem utriusque.

Neque est quod opponas ejusdem Hieronymi Epistolam ad Rufinum Narbonensem, de septem gradibus Ecclesie ubi sine exceptione dicit, Presbyterum facere posse quidem Episcopum, licet quidem Episcopis sine reservatione. Item, Presbyterium esse Episcopatum, & in Presbytero summum Sacerdotium, hoc est Episcopatum, collocari. Nam respondetur, eam Epistolam scripsisse, nec Hieronymi fectum legitimum: immo ejus auctorem quemdam a se dicta, in sine mitigare, atque ingenue agnoscere, quod Episcopus sit lex Presbyteri. Porro quod Hieronymi non sit, vel inde patet, quod Diaconos supra modum extollat, quorum saltum Hieronymus ubique deprimit. Quod si aliquid esse Epistolam velle admittere, respondere potest auctorem illius ad eum Presbyterum Episcopum, tantum quod consecrationem Eucharistiae, in qua sunt aequales; non autem quoad alia, ut Sacerdotes, & Diaconos consecraret. Unde ait: Nec debet Episcopum videri Eucharistiam Presbyterorum, si ponatur in altari. Haec distinctio conciliari possunt alia dicta Patrum, quibus Presbyteros Episcopos aequare videntur.

XIX. Ad S. Augustinum dico, cum non aliud vult esse significare, nisi quod olim secundum vocabula non fuerint inter Presbyterum, & Episcopum discretio: cum, ut diximus, & Episcopos Presbyteri, & Presbyter Episcopos vocarent. Quod autem agnovit perpetuam distinctionem rei, constat ex verbis ipsius.

Ipsius supra laudatis, in Ps. 44. Et quod Aerium inter Presbyterum, & Episcopum distinguere nolentem ad haereticos amandaverit, lib. de Haeresi. cap. 53.

D E C I M U M I I

An Episcopus sit Ordo, & Episcopi ordinatio sit verum, ac propria dictum Sacramentum?

§. I. Resolutio Dubii.

IN duplici sensu agitari potest hoc dubium, nimirum, An Episcopus sit Ordo specie adaequato distinctus ab ordine Presbyteratus, eo modo, quo Ordo Presbyteratus ab ordine Diaconatus distinguitur: an vero sit Ordo sola specie adaequato distinctus, tamquam extensus, eminentia, perfectio, & supremus Presbyteratus gradus.

I. Dicor, Episcopatum seu ordinatio Episcopos esse verum, ac proprie dictum sacramentum, & verum Ordo ab Ordine Presbyteratus distinctus: non quidem adaequato, sed inadaequato tamquam extensus, perfectio, eminentia, ac supremus gradus Ordinis Sacerdotalis. Hanc viam eligo, ut concilium Auctores apparenter non concordet, & salvem ea, quae S. Thom. in 4. dist. 24. quaest. 3. art. 2. quaestione 2. translata in Suppl. 3. part. quaest. 49. art. 5. docet. Ubi videtur non concedere, Episcopatum esse in tota proprietate Ordinem, & sacramentum, cum alibi oppositum sensisse videatur.

II. Porro ordinationem Episcopalem esse verum sacramentum docet S. Thom. cum in 1. ad Timoth. 4. Lefl. 3. dicens: Et hac impositione (manus Presbyteri, qua Timotheus ordinatus fuerat Episcopus) significat collationem gratiae. Et in 1. ad Timoth. 1. Lefl. 3. exponens verba: Ut resistitis gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum, dicit: A quo scilicet ordinatus erat Episcopus: in quo manus impositione data est ei gratia Spiritus Sancti. Cum ergo ordinatio Episcopos sit actio externa, qua conferuntur gratia, nil ei deficit, quin sit verum sacramentum. Hinc eisdem Patribus Tridentina Synodus, Sess. 23. cap. 3. utitur, ut probet ordinationem esse sacramentum novae legis: ergo cum ea verba Paulus de ordinatione Episcopali intellexerit, sit et ordinatio Episcopalis sit sacramentum novae legis: alias contra Lutheranos hoc negantes nihil evincerent.

Dati gratiam per ordinationem Episcopalem persuasam fuit Patribus. Unde Theodoretus, lib. 4. Hist. cap. 5. scribit: Sanctum virum Moysen nomine, nonquam induci potuisse, ut a Lucia Ariano Episcopa fieret lex consecrati, quod nemo eorum sciret, per haereticum hominem impositionem manus non dari Spiritum Sanctum. Conveniens ausum fuit, ut Christus Episcopatum rationem veri sacramenti illigeret: non enim Episcopum minus necessaria est gratia, ut digne munia sua obeat, quam Presbytero, & Diacono, ut suis digne fungatur.

III. Quod etiam Episcopatus verus sit Ordo, docet 1. S. Thom. Caput. 18. de perfectis vita spiritualis, cap. 24. his verbis: Quod vero quorundam propositum, quod Episcopatus non est Ordo, hoc manifeste cavetis falsissimum, si absolute intelligatur. Expressit enim dicit Dionysius, esse tres ordines Ecclesiasticae hierarchiae, scilicet, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum. Et 21. dist. C. Clerici, habent quod Ordo Episcoporum quadruparius est. Habet enim ordinem Episcopos per comparationem ad Corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, super quam principalem accipit curam, & quasi regalem: Sed quantum ad corpus Christi verum, quod in Sacramento continetur, non habet ordinem supra Presbyterorum. Quod autem habet aliquem ordinem, & non jurisdictionem saltem, sicut Archiepiscopus, vel Presbyter, patet ex hoc, quod Episcopus potest multa facere, quae non potest committere, sicut inferior, ordinare, & consecravit Basilicas. . . . Qua vero jurisdictione sunt potestati alicui committitur. Idem etiam patet ex hoc, quod si Episcopus depositus restitueretur, non iterum consecraretur, tanquam potestate Ordinis remaneret, sicut & in aliis Ordinibus contingit.

IV. Ex illatis S. Thom. verbis habemus primo: Episcopatum esse ordinem, immo primum, ac supremum inter Ordines: non quidem relate ad corpus Christi verum, sed corpus Christi mysticum: in quo Episcopus eminent potestate non solum jurisdictionis, sed Ordinis. Secundo: hanc potestatem Ordinis imprimere characterem, & manere in Episcopo etiam depositi: qui si restitueretur, non debet in Episcopatum rursus ordinari. Tertio: solemnitatem, qua ordinatur Episcopus esse valde diversam ab institutione Archiepiscopi, vel Presbiteri. Concludit enim S. Doctor: Ista solemnitas est magis spiritus utilibus solemnitatibus, secundum quas aliqui inveniuntur de fundo per hoc unum, vel per alium, quam solemnitas Ecclesiae, qua quondam consecratione, vel benedictione constituitur.

V. Quod vero Episcopatum esse sit Ordo adaequato a Presbyteratu distinctus, sed potius ejusdem ad altiore gradum elevata, mihi suadeo primo. Nam Ordo, qui essentialiter supponit, immo includit alterum, non videtur esse adaequato ab illo distinctus: sed Episcopalis Ordo essentialiter supponit, immo includit Presbyteralem; qui enim Presbyteralem Ordinem non habet, esset ordinis Episcopalis essentialiter incapax: ergo &c. Reliqui enim Ordines, qui adaequate distinguuntur, non sic se habent, ut superior essentialiter inferiorem supponat, & includat, unde ordinatus in Presbyterium non prius ordinatus Diaconus, vel in Diaconum non prius ordinatus in Subdiaconum &c. esse valide ordinatus, sed solum supplendus Ordo, qui deficit: non sic autem qui ordinatur in Episcopum, non prius ordinatus Presbyter.

Secundo. Potestas, quae per se non addit aliquid relate ad corpus Christi verum, sed solum relate ad corpus Christi mysticum, non constituit Ordinem adaequato distinctum ab Ordine Presbyteratus, sed puram ejus extensionem, & elevationem: cum Ordines distinguantur secundum diversam comparationem ad corpus Christi verum: sed potestas Episcopalis non addit aliquid relate ad corpus Christi verum, in hac enim Episcopus non est superior Sacerdote, sed solum relate ad corpus Christi mysticum; ergo &c.

Tertio. Potestas Episcopalis excedit potestatem Ordinis Presbyterialis, quod in Episcopo non solum potest consecrari corpus Christi, sed etiam communicare alii; per ordinationem, potestatem illud conficiendi: sed hoc non dicitur excessum essentialem, nec constituit potestatem adaequate distinctam, sed solum dicit excessum ex parte subiecti, seu potestatem capitis, & supremi in illo eodem ordine: ideoque Episcopus a Patribus vocatur primus Presbyter, & supremus Sacerdos; ergo &c. Eo proportionali modo, quo licet gratia Christi, qua capitis, habeat virtutem gratiam communicandi alii, qui non habet gratia, ut in nobis; gratia tamen Christi non est in esse gratiae adaequato, & essentialiter distincta gratia, quae in nobis est ut in membris.

Tandem. Quia hac modificatione salvamus septem tantum esse Ordines, ut fert communis doctrina probata in Tridentino, Sess. 23. cap. 1. Ubi tot distinguit & distribuit ordines, quot sunt ministeria, quae ex officio Sacerdotio inferiunt, ac proinde septem tantum enumerat.

§. II.

Solvuntur Objectiones.

VI. PRIMO obijciunt. Ut in prima parte asserti docuimus, ordinatio Episcopos est verum sacramentum ab ordinatione Presbyteri distinctum: utpote conferens distinctam gratiam, nimirum, digne conferendi sacramentum Ordinis: ergo erit Ordo ab Ordine Presbyteratu distinctus. Nam necesse est, tot esse Ordines, quot sunt sacramenta Ordinis.

VII. Respondeo, dist. ant. Ordinatio Episcopos sumpta inadaequato, & ut dicitur predicatione essentiali, quod completur in esse Episcopatus, est &c. conc. ant. Sumpta adaequato, secundum ergo adaequato sumptis plures includit potestates: potestatem conficiendi corpus Christi, potestatem remittendi peccata, potestatem confirmandi, potestatem jurisdictionis principales saltem in radice: & insuper potestatem illas omnes potestates alii communicandi, nempe, alios tam Presbyteros, quam Episcopos ordinandi. Prima, & secunda potestates conferuntur per ordinationem Presbyteralem, reliquae per Episcopalem. Quare ad Episcopatum adaequato sumptum, dicitur concurrunt ordinationes, quarum utraque sacramentum est, nempe Presbyterialis, & Episcopalis. Per primam Presbyter ordinatur, per secundam ex Presbytero ordinatur Episcopus. Per primam fit Sacerdos: per secundam Sacerdos fit primus, seu supremus Sacerdos. Per primam conferuntur supremi ordines: per secundam Episcopatus, seu Principatus elevatur.

Nego similiter conf. Neque enim verum est tot esse Ordines, quot sunt sacramenta Ordinis. Fieri enim potuit, ut a Christo institueretur aliquod sacramentum Ordinis, non ad conferendum distinctum Ordinem; sed solum ad Ordinem per aliam ordinationem priorem collatum modificandum, ac perfectiendum. Neque sacramentum Ordinis dicitur illud tantum, quod conferat distinctum Ordinem, sed illud etiam, quod Ordinem jam collatum modificat: sic Episcopalis ordinatio sacramentum est Ordinem Presbyteratus modificans.

VIII. Responderi etiam potest, dist. conf. Erat Ordo &c. distinctus relate ad subiecta ipsum participantia, transeat conf. Formaliter, & relate ad Eucharistiam, neg. Conf. Sacerdotium igitur formaliter, & relate ad Eucharistiam unus Ordo est cum Episcopatu. Sed quia diversimode participatur in Presbytero, & in Episcopo: in illo enim participatur sine potestate alii communicandi, & cum dependentia, ac subiectione ad alterum: cum facultate alii communicandi per ordinationem, illudque excedit fide dependentiam; ideoque ratione subiectorum diversimode participantium sicut dividitur in Sacerdotium primi, & secundi ordinis; ita in duos Ordines, seu gradus, quorum inferior erit Presbyteratus, Episcopus autem superior.

IX. Obijciunt secundo. Si ordinatio Episcopos est sacramentum, characterem imprimit: sed hoc non. Et probat. Nam hic character debet esse perfectior characteri Sacerdotali, sicut Ordo Episcopalis perfectior est: hoc autem dici nequit, quia character Sacerdotalis cum sit ad opus praesentissimum, nempe, ad conficiendum corpus, & sanguinem Christi, debet esse praesentissimus; ergo &c.

X. Respondeo, neg. min. Ad prob. dico: characterem Episcopalem sumi posse, vel adaequato, & sic est Sacerdotium summum, vel signum illius, & est perfectus absolute characteres pure Sacerdotali. Vel potest sumi inadaequato, nempe, pro ea parte, quae in ordinatione Episcopos superseditur, & qua Sacerdotium in ordine Episcopali collocatur, & fit summum: & sic extensive perfectior est characteres Sacerdotali, qui ad pauciores effectus extenditur, sed simul minus perfectus est intensive.

XI. Obijciunt tertio. Si Episcopatus esset, modo explicato; ordo ecclesiasticus, & imperaret characterem, eo quia superior

rior est Presbyteratu: cum enim Archiepiscopus. Patriarchatus, Papatus, superiores sint Episcopatu, Ordines dicendi essent: sed hoc est falsum, ergo &c.

Respondendo, neg. sequela. Omnes enim illi pares sunt in potestate ordinis Episcopalis, & dignitas Papalis etiam sic de iure divino, non tamen est Ordo. Neque enim potest summus Pontifex illum ad hunc hierarchicum exercere in collatione sacramentorum, quem non possit Episcopus. Unde differtur gradus illi sola dignitate, & jurisdictione, non ordine. Unde S. Thom. in Suppl. 3. part. quest. 40. art. 6. ad 3. ait: *Posses sacerdotis excelsior a potestate Episcopi, quasi a potestate alterius generalis, sed potestate Episcopi excelsior a potestate Papa, quasi potestate episcopali generis. Et ideo omnino actum hierarchicum, quem potest facere Papa in ministratio sacramentorum, potest facere Episcopus. Non autem omnino actum, quem potest facere Episcopus, potest facere Sacerdos in collatione sacramentorum. Et ideo quantum ad ea, qua sunt Episcopalis Ordinis, omnes Episcopi sunt aequales. Et propter hoc quilibet Episcopus alium potest consecrare.*

XII. Obiectis quarto. S. Thom. citata quest. 40. art. 5. precipue ad 2. aperte negans, Episcopatum esse sacramentum imprimens characterem, concludit, quod Episcopus non est Ordo secundum quod Ordo est sacramentum quoddam; ergo in hoc diffinitus a S. Thom.

Respondendo, neg. conf. Nam S. Thom. solum negat, Episcopatum esse Ordinem, & sacramentum, sumens Ordinem relate ad Eucharistiam; quia Episcopatus in ordine ad Eucharistiam nihil plus conferat, quam Presbyteratus: non tamen negat esse Ordinem, & Sacramentum absolute, ut supra ex eodem, Epist. 18. cap. 14. retulimus.

DUBIUM III.

De materia, & forma Ordinationis Episcopalis.

S. I.

Resolvitur de materia.

I. CUM ordinatio Episcopi, modo explicato, Ordo, & sacramentum sit; assignari ei debet sua materia, nempe illud, per cuius traditionem confertur; & forma, nempe verba, per quae materia ad esse sacramentale determinatur. Circa materiam igitur: Multa sunt, quae Episcopus confecror, & Episcopi assistentes faciunt supra eum, qui ordinatur. Primo enim consecrator, & assistentes Episcopi ambabus manibus caput consecrandi tangunt dicentes: *Accipe Spiritum Sanctum; deinde consecrator tribus diebus orationem. Postea consecrator pollicem suum dextrum intingit in sanctum chrismam, & caput electi inungit: deinde ambabus manibus: sedubinde tradit illi baculum pastoralium, pollicem annulum: deinde librum Evangeliorum clausum. Inde recipit electum ad osculum pacis, & imponit mitram, & tandem chirothecas. Ex his omnibus queritur: Quenam sit materia essentialis, ex cuius traditione, feu portione confectio fiat.*

II. In hoc Ecclesie Latinae ordinationis ritu partim convenit Ecclesie Graeca, partim disconvenit, aliqua addendo, alia omitiendo. Cumque ex alia parte ordinationes factae a Graecis, a Latina Ecclesia ut valide admittantur: nam Gregorius IX. Innocentius IV. Gregorius X. Eugenius IV. Gregorius XIII. Clemens VIII. qui in rubricis Graecorum multa reprehenderunt, & emendaverunt, de eorum ordinationibus nihil dixerunt. Hinc oritur difficultas: quanam sit statuenda materia essentialis adaequata pro validitate ordinationis Episcopaliae in utraque Ecclesia. In quo cum divos inveniam Doctores, nihil nisi tantum probabiliter statuam.

III. Dico primo. Probabile est, materiam essentialem ordinationis Episcopalis esse impositionem manuum, & simul libri Evangeliorum super caput ordinandi. Utrumque enim in praeti est, tum apud Latinos, tum apud Graecos, ut ex eorum Euchologiis constat; & conciliantur diversae opiniones Doctorum: quibusdam volentibus esse solum manuum impositionem, aliis vero esse solum instrumentum traditionem.

IV. Dico secundo. Probabile etiam est, materiam essentialem ordinationis Episcopalis includere etiam unctionem capitis ordinandi, traditionem baculi, & annuli; ita ut materia integra ordinationis Episcopalis non sit simplex, sed composita ex pluribus partialibus; quae per morale inter se conjunctionem, coalescant in unam totalem omnes ordinationis Episcopalis effectus expressius significantem, quam per solum impositionem manuum significatur: ita ut in eo infantam, quo ultima eius pars primo existit, eo modo, quo res successive existerit possunt, tunc habeatur effectus ordinationis, & ordinatio sit adequate completa.

V. Dico tertio. Probabilissimum est, solum impositionem manuum esse materiam essentialem totalem ordinationis Episcopalis; alia vero supradicta, nimirum, unctionem, traditionem libri Evangeliorum, baculi, & annuli, esse materiam solum integralem, effectus ordinationis Episcopalis, & officia Episcopati expressius significantia. Probo primo. Nam solum impositionem manuum ordinatum fuisse in Episcopatum Timotheum indicat Paulus, 1. ad Timoth. 4. v. 14. dicens: *Noli negligere gratiam, quae est in te, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.* Quod reperit, 2. ad Timoth. 1. v. 6. *Almonio te, ut resistas gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum.* Quae exponens S. Thom. ibi, lect. 1. A quo inquit scilicet, ordinatus erat Episcopus, in qua manu impositionis data est ei gratia Spiritus Sancti.

Quod antea dixerat Chryostomus, Hom. 13. in 1. ad Timoth. Si ergo manuum impositione ordinationis gratiam accepit Timotheus, impositio manuum fuit illi materia essentialis; sicut quia ablutione datur gratia baptismalis, ablucio ponitur pro materia totali baptismi.

VI. Ex his ita discitur: Semper, & ubique in confendo Episcopatu adhibita fuit impositio manuum. Et usus fuit Paulus in ordinatione Timothei, ut ambobus Episcopis testatur. Concilium IV. Carthagense em usurpandum esse docet. Patres, qui usque ad octavum saeculum scripserunt, ordinis Episcopalis collationem per eadem designant. Paulus, citatis locis, impositioni manuum adscribit gratiae collationem. Quid ergo deest illi, ut sit materia, & quidem totalis?

VII. Secundo probo excludendo alia. Et primo, impositionem libri Evangeliorum. Nam eam Apolloli in confendo Episcopatu non adhibuerunt. Id enim, nec ex Scriptura, nec ex traditione probari potest: maxime quia cum ceperunt Episcopus ordinare, Evangeliorum libri nondum erant conscripti. Deinde illa libri Evangeliorum impositio ubique non fuit in usu. Licet enim in Ecclesia Africana observata fuerit saeculo quarto, cum eam referat Concilium Carthagense IV. tertio tamen nondum adhibebatur, nec ullum illi monumentum, quod id possit probari. Ecclesiam Romanam primis saeculis ea usum non fuisse dicit Alcuinus, in lib. de divinis officiis, quem citat ann. 760. conscripsit. Germanos, inveniunt nono saeculo ritum illum non adhibuisse docet Amalarius, in lib. 2. de Officiis Ecclesiasticis, cap. 14. ubi haec scribit: *Dicit libellus (idest Ordo Romanus) secundum cuius ordinem celebratur ordinatio ad quendam, ut duo Episcopi tenent Evangelium super caput eius: Quod neque veteri auctoritate, neque canonica auctoritate.* Tertio. Nec Presbyterorum, nec Episcoporum unctio apud Graecos unquam fuit in usu; nullum enim ejus extat vestigium, aut in auctoribus Graecis, aut in eorum Euchologis: & si aliquis scriptor Graecus unctionis memorat, facile (ait Morinus) de unctione spirituali explicatur. Deinde quavis apud Latinos antiquissima sit Episcopalis unctio, quae recensita a S. Leone Magno, Sermon. 8. de Passione, & a S. Gregorio, in 1. Reg. caput 10. ubique tamen non obtinuit. Africani patres in Concilio IV. Carthageniense de illa Episcopali unctione omnino silent; licet alla multa ad Episcoporum consecrationem pertinentia referant. In Hispaniis Conciliis ante septimum saeculum celebratis nulla quoque illius mentio fit.

Quarto. In Ecclesia Latina non semper adhibita fuit traditio annuli, & baculi Pastoralis. Eam enim Concilium Carthagenense IV. habitum saeculo quarto non recenset: cum describit ritum ordinationis Episcopalis. Nec in Ecclesia Graeca modo est in usu, nec fuit antiquitus, cum nec Patres Graeci de consecratione Episcoporum loquentes, nec Euchologia illius meminerint.

VIII. Superest ergo, ut praeformatae caeremoniae ritus ab Ecclesia successivo induci ad majorem explanationem officii, & debiti Pastoralis, quod est, qui ordinatur, in iungitur; & prout ad summum ad integritatem materiae, non ad essentialis pertinentes. Eo modo, quo in sententia contraria unctio manuum, impositio mitrae, & traditio chirothecarum sunt caeremoniae ad substantiam non pertinentes. Impositio enim Libri Evangeliorum super caput, & collum ordinati explicat evangelicum iugum, quod ab Episcopo speciali ratione iugis, & aliorum profectum portandum est; ejusque observantia praedicatione promovenda. Ita ex Rituali Graeco. — Unctio capitis significat, vel nitorem conscientiae quoad Deum, & odorem bonae famae, quoad proximum. Vel, ut ait Innocentius III. Extra, de Sacra unctione, cap. 1. Hoc unguento caput, & manus Episcopi consecrantur; per caput enim mens intelligitur, per manus opera: *Manus igitur inunguntur oleo pietatis, ut Episcopus operetur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos filios: caput autem ungitur balsamo charitatis, ut Episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & proximum suum sicut seipsum. Caput inungitur propter auctoritatem, & dignitatem, & manus propter ministerium, & officium: caput enim ungitur, ut ostendatur illi se, representare personam, de qua dicitur per Prophetam: *Sicut unguentum in capite ejus. . . Caput enim viri Christi. . . Manus Episcopi inunguntur, ut ostendatur accipere potestatem benedicens, & consecrans. Hec Innocentius.* — Per traditionem baculi Pastoralis explicatur potestas corrigendi, & annulli traditione fides, quam Ecclesia, cui sponsus factus est, servare debet. In igitur, quomodo omnia praedicta explicativa sunt eorum, quae Episcopo collata sunt, non primo collativa.*

IX. Sed dices primo. Innocentius III. citato loco, ait: *Cum venisset ad Apostolicum Sedem Bonacrusius Episcopus, qui in consecratione sua sanctum non accepit unctionem, quoniam apud eos non confueverunt Pontifices cum consecrarentur ungi; i Noe, quod illi deservat; mandavitque in istis supplicari, facientes caput ejus, & manus per Allanum Episcopum, & assistentibus ei duo lib. Episcopi secundum morem Ecclesiasticum, sacro Chrismate alini.* Ergo censuit Innocentius, unctionem pertinere ad substantiam consecrationis.

X. Respondendo, neg. conf. Immo Innocentius confirmat nostrum tertium assertum. Enim Innocentius non mandat Episcopum Bonacrum denuo ordinari; quod debuisse fecere. Si defectus unctionis fuisse defectus in materia essentiali; sed solum mandavit, in eo suppleri quod defuerat: quod indicat existimasse, ordinationem essentialiter validam fuisse, etsi absque unctione factam, & solum ad integritatem ejus supplendum quod defuerat. Quod maxime ex hoc constat: quia manda-

vit suppleri non solum unctionem capitis, sed etiam manuum: unctionem autem manuum non esse partem essentialem, sed meram accidentariam caeremoniam, etiam Adversari ipsi concedunt. Quemadmodum in ordinato Presbytero, vel Diacono per solum, suppleri debet, quod omisum est: non quod fuit de essentiali, cum ordinatio fuerit valida, quia quod omisum est, in ea continetur; ita in casu. Sed pro majori explanatione.

XI. Dices secundo. Impositio manuum, vel significat omnem potestatem, quae Episcopo confertur, vel non. Si significat, ergo necesse non est alia adhibere, quod tamen est falsum. Si non significat; ergo alia de necessitate adhibenda sunt, nec sola ipsa est materia totalis.

XII. Respondo: impositionem manuum significare omnem potestatem implicitae; quia significat gratiam, & characterem Episcopalem, quae per eam conferuntur: quia tamen ea explicite non denotant, ideo ad ea omnia explicite denotanda, caetera adduntur. Ideo enim Latini unguunt, dant baculum, & annulum in consecratione, quae Graeci non dant: nihil ut quod implicitae in consecratione Graecorum perficitur, explicite ipsi, & clariori modo exponant: nullum tamen inde discernitur esse essentialiter inter ordinationem Graecorum, & Latinorum; ergo a pari, cum antiqua manu impositioni Ecclesia Latina addiderit instrumenta, nihil novi essentialis sacramenti adiunxit, sed solum explanationem materiae, & essentialium, quae per sacram ordinationem producuntur. Quae in Pontificali Romano ante traditionem instrumentorum Episcopus dicitur consecratur.

Hujus exempla non defunt. Primum fit in additione *Bilioque*, quam Symbolo Constantinopol. Latini addiderunt. Cum enim Graeci congenerentur, Latinos mutasse fidem, hi responderent, haec particulam non esse fidei aditamentum, sed solum majorem fidei explanationem. — Secundum fit in usu Eucharistiae; in qua communio sub una tantum specie denotat essentialiter refectioem sanguinis, communio tamen sub utraque specie magis, & clarior illam explicat. — Tertium fit in forma consecrationis sanguinis; haec enim in opinione probabilis essentialiter consistit in his solis verbis: *Hic est sanguis meus. Vel Calix sanguinis mei.* Reliqua autem verba ponuntur ad majorem explanationem sanguinis, ut est in sacramento.

S. II.

Resolvitur de forma.

XIII. Dico primo. In opinionibus, quas supra ut probabilis admissimus, quod materia totalis ordinationis Episcopi, constituitur ex impositione manuum, & traditione unius libri Evangeliorum, vel etiam aliorum instrumentorum, forma totalis constituitur ex pluribus partialibus formis, nempe, ex verbis, quae in impositione manuum, & singulorum instrumentorum traditione profert Episcopus consecrator. Patet: Quia forma in sacramentis debet saltem moraliter profertur in actu applicationis materiae: ergo postis pluribus materiis partialibus, verba quae in singulorum applicatione profertur, erunt formae parciales unam formam totalem componentes.

XIV. Dico secundo. In opinione, quam ut probabilis formam statusimus, nempe, materiam essentialem esse solum impositionem manuum; forma essentialis ordinationis Episcopalis sunt illa verba, quae consecrator una cum Assistantibus imponens manus super caput ordinandi dicit: *Accipe Spiritum Sanctum.* Quae verba, cum absolute, & sine ulla limitatione pronuntiantur, abundantiam gratiae ad munia Episcopalia exercenda significant: & cum sine efficacia, etiam conferuntur cum potestate illa exequendi. — Haec assertio favor Concilium Tridentinum, Sess. 23. Cap. 4. ubi sub anathemate damnat, qui dixerit: *Per factum Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ne proinde frustra Episcopus dicere: Accipe Spiritum Sanctum.* Sentit ergo Concilium, dum illa verba profertur dari Spiritum Sanctum: sed profertur ab Episcopo manus impositionem: ergo illa verba sunt forma.

XV. Evet etiam S. Augustinus, lib. 5. de Bapt. contra Donat. cap. 18. Ubi arguens Donatistas negantes per malum ministrum posse gratiam dari, ait: *Si ergo ad hoc valet, quod dictum est in Evangelio, Deus peccatorem non audit; ut per peccatorem sacramenta non celebrentur; quomodo exaudis homicidium deprecantem, vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super caput eorum, quibus manus imponitur? Sic etiam super gelis cum Emerito: Invasario inquit nominis Dei super caput istorum, quando ordinantur Episcopi, invasariae illa Dei est, non Donati.* Invocantur autem ille super caput ordinandi non sunt preces quae subdiciuntur, sed verba: *Accipe Spiritum Sanctum,* quae imponendo manus profertur: nam manuum impositione simul datur gratia, ut ex Paul. 1. dicitur est supra. Accedit, quod Christus, Joannes 20. v. 22. ubi Apostolos, jam in ultima Coena ordinans Sacerdotes, ordinavit Episcopos, haece solis verbis usus est: *Accipite Spiritum Sanctum &c.*

XVI. Nec dicas: haec verba solitarie prolata non determinare sufficienter materiam, nempe, impositionem manuum, ut sit ordinatio Episcopalis; cum etiam in ordinatione Diaconi profertur ordinatio Episcopalis; nam aliter in ordinatione Diaconi profertur ordinatio Episcopalis. Nam in ordinatione Diaconi, ac in ordinatione Episcopi, cum imponendo manus profertur, per illa verba datur Spiritus Sanctus Diaboli: unde dicit Episcopus, ad robur contra tentationes Diaboli: unde dicit Episcopus: *Accipe Spiritum Sanctum, ad robur ad resistendum Dia-*

bolo, & tentationibus eius in nomine Domini. At in ordinatione Episcopi absolute dicitur: *Accipite Spiritum Sanctum*, id est, abundantiam Spiritus Sancti, & gratiae ad omnia munera, & non solum pro se, sed etiam ut communicandam aliis. Sic enim eam Christus dedit Apolloli, cum eos ordinavit Episcopos; ait enim: *Sicut misit me Pater, ita ego misit vos, Accipite Spiritum Sanctum*, id est, eam potestatis & gratiae amplitudinem, cum qua misit me Pater, vobis, loco meo, communico.

DUBIUM IV.

Quis sit Consecrator Episcopi Minister.

S. I.

Prior Resolutio.

I. Dico primo. Tres Episcopi saltem iure Ecclesiastico ad Episcopi consecrationem requiruntur. Probatum primo. Praxis enim Ecclesiae ab initio fuit, nunquam Alexandrum inaugurare, nisi per tres Episcopos. Ex Clemente Alexandrino refert Eusebius, lib. 2. Hist. cap. 1. Jacobum minorem ordinatum fuisse Episcopum a Petro, Jacobo seniore, & Ioanne I. Aio (Clemens, inquit Eusebius) *post servavit usumque Petrum, Jacobum, & Ioannem, quoniam Dominus ipse caeteris praetulerit, non indicio de primis honoris qualia inter se contenti fuissent, sed Jacobum, & Ioannem in usum Episcoporum ordinavit.* Paulum Timotheo cum Episcoporum actu manuum imposuisset colligit Chryostomus ex ipsius verbis, 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quae est in te. . . cum impositionem manuum Presbyteri.* Tanquam altas radices praxis haec egerat saeculo tertio; ut illam non servare nec haereticis ipsi auderent. Scribit enim laudatus Eusebius, ex Epistola Cornelii ad Fabium Antiochenum, Novatianum tres Episcopos Romam advocasse, & ab iis remulentis scismatic accepisse manuum impositionem, ac scismaticum fuisse Episcopum.

II. Probatum secundo ex Canonibus. Primus inter Apostolicos nuncupatus Episcopus a duobus (inquit) *vel tribus Episcopis ordinatur.* Can. 2. Concilii Arelatensis I. De his, qui usurpant sibi, quod soli debent Episcopum ordinare, placuit, ne nullus hoc sibi presumat, nisi assumptum sit a licet Episcopis: si tamen non poterit septem, sine ipsis scismaticum non audeat ordinare. Idem praecipit Concilium Nicenum I. Can. 4. Episcopum convenit maxime quidem ad omnes, qui sunt in Provincia Episcopi ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tamen omnimodis in idipsum conveniantur, & absentibus quoque pari modo decenteribus, & praescripserit consecrandus, tunc ordinatio celebratur. Idem posterioribus Synodis eodem saeculo quarto sancitum fuit: Carthageniensi II. Canon. 12. ann. 347. & Carthagini III. eodem anno, Can. 39. quo dicitur: *Ut Episcopus minus quam a tribus Episcopis non ordinetur.*

III. Hoc idem posterioribus saeculis Romani Pontifices confirmant. S. Gregorius Magnus, lib. 12. Epist. 21. ad *edictum Augustini Anglorum Episcopi interrogantem*, sic respondet: *Cum igitur, Deo auctore, ita fuerint Episcopi etiam in provincis sibi licet ordinari, per omnia Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis fieri non audeat. Et Gregorius III. ad Bonifacium Moguntium: Quoriam inquit Episcopum consecravimus, duo, vel tres conveniant eum Episcopi, & eis convenientibus, ipsique presentibus, consecrati.*

IV. Adhuc quoque congruetur. Primo: Quia conventus plurium Episcoporum ad unum Episcopum consecrandum designat Episcopatus unitatem; de qua sic Cyprianus, Epist. 52. Et cum sit a Christo una Ecclesia per eorum mundum in multa membra divisa, item Episcopatus unus Episcoporum multorum concordis numeritate divisus. Secundo: Quia illa Episcoporum pluralitas uberiorum Spiritus Sancti gratiam, quae in Episcopatu, qui est Sacerdotum plenitudo, conferret, melius adumbrat. Tertio: Res maximi momenti in Ecclesia, qualis est Episcopi consecratio, unius tantum Praefatis iudicio permitteuda non erit.

V. Si queras? Quis fit ordinarius Episcopi consecrator? Respondent communiter eruditi: olim usque ad duodecimum saeculum jus consecrandi Episcopos fuit Provinciae spectasse ad Metropolitanum; ut nullus, nisi ab ipso, vel de ejus licentia, aut consensu in sua Provincia Episcopum consecraretur. Pro tribus prioribus saeculis hanc disciplinam in usu fuisse probat ex Can. 26. Apollolico, ex Epistola 4. ad 41. 42. 45. Cyprianus, & ex Tertulliano, l. de Praescrip. cap. 20. Pro quarto saeculo asserunt Canonem 4. Concilii Niceni I. quo statuitur: *Si quis, absque Metropolitanis sententia factus sit Episcopus, cum magna Synodus definit non esse Episcopum.* Cap. 12. Laodiceni. Cap. 19. Antiocheni sub Julio I. Can. 12. Carthagini. II. quibus hoc jus Metropolitanis asseritur. Pro saeculo quinto adducunt Innocentium I. Epist. 2. ad Victricium c. 1. S. Leonem Magnum, Epist. 84. ad Anastasium Thessalonicensem, cap. 2. & Epist. 89. ad Episcopos per Viennensem Provinciam constitutos. Pro sexto saeculo Concil. Arelatense II. Can. 5. Pro septimo, Concil. Tol. IV. Can. 18. Pro octavo, Synodum Nicenam II. Can. 18. Pro nono, Concil. Melden. fil Caroli Calvo, c. 3. Et Eugenium II. in Synodo Romana, ubi confirmat decretum S. Leonis, ut inter Episcopos non habeantur, qui neque a Clericis sunt electi, neque a Provincialibus Episcopis: cum Metropolitanis iudicio consecrati: Pro decimo, Joannes XIII. Epist. ad Episcopos ceteros Britanniae. Pro un-

decimo, Nicolaum II. Episc. 3. ad *Gerardum Baluanensem* Episcopum, Leonem IX. Clementem II. Et Gregorium VII. Episc. l. 2. Episc. 73.

Duodecimo seculo huic Metropolitanorum iuri ceptum esse derogari testantur quomondus S. Bernardi Abbas, lib. 3. de *considerat. c. 4.* ubi de multis Ecclesiis sic loquitur: *Truncari se clamant, ad demerandi, vel nulla, vel pauca admodum sunt, que plagam istam aut non deleant, aut non imant. Quas, quam? Substantur Abbatibus, Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis, sive Primatibus. A tempore autem Bonificii VIII. Clementis V. & subsequentium Pontificum communi consensu ius Episcopos confirmandi in solum Romanum Pontificem, in quo super omnes Ecclesias semper fuit auctoritas, tandem translatum est.*

S. II.

Posterior Resolutio.

VI. Dico secundo. Tres Episcopi non requiruntur ad consecrationem Episcopalis substantiam. Probo primo. Non est verissime, Apostolos, qui tam multos Episcopos ordinarunt in diversis Orbis partibus, semper id præstiterunt quod duoibus aliis: cum enim nascens Ecclesia perpauci essent ministri, difficili negotio in unum locum convenire poterant, maxime vigentibus persecutionibus. — Secundo. Quia de numero Episcoporum varie loquuntur Canones: nam modo omnes de Provincia, modo septem, modo tres, vel quatuor, modo etiam duos sufficere asserunt, ut supra vidimus, & licet Concilium Arausicum l. Can. 21. ordinationem a duobus factam non reputet licitam, validam tamen existimat.

Tertio. Quia plures ordinationes ab uno solo Episcopo factas Ecclesia vetus suscepit, cujus plura sunt exempla. Primo. Referente Sinegio, Episc. 67. ad Theophilum Alexandrinum, Siderius a solo Cyreni abique Episcoporum consilio fuit ordinatus; quoniam tamen licet illegitime ordinatum fuisse tradidit, habitum tamen pro Episcopo docet ab ipso Athanasio, qui ad Metropolitanam Ecclesiam administrandam eum vocavit. Secundo. Evagrius, teste Theodoro, l. 5. Hist. c. 23. a solo Paulino ordinatus fuit: quoniam ordinatio valida ab Occidentibus, & a pluribus Antiochenis habita fuit, immo & ab ipso Innocentio I. Episc. 16. ad Bonifacium Presbyterum, volente, ut Evagrius suis Ordinibus, ac locis inemerata ordinatione, quam acceptant ab Evagrione, susciperentur. Et de S. Pelagio Pont. refert Anastasius Bibliothecarius. *Et dum non sent Episcopi, qui eum ordinarunt, invenit sunt duo Episcopi Joannes de Persico, & Bonus de Ercenino, & Andreas Presbyter de Ostii, & ordinaverunt eum Pontificem: tunc enim non erant in Clero, qui possent eum promoveri.*

Quarto. Idem testantur dispensationes Romanorum Pontificum. Gregorius Magnus interrogatus ab Augulino Anglorum Episcopo, interrog. 8. *Quos necessarii sunt Episcopi in Episcopi consecratione?* Respondit: *Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc filius in Episcopis invenitur, ordinare Episcopos Episcopus, non aliter, nisi sua Episcopis pariter, id est, si sui, pariter. Et tamen præcipit, ut ita Episcopi in Anglia ordinetur, si longo intervallo regionum disjuncti, ad ordinationem aliquam Episcopi convenire non possint. Hac dispensatione usus est scribit Beda, l. 1. cap. 23. Hist. Anglorum) Augustinum Julium, & Mellium sine Gallicanis Episcopis ordinavit; & similiter Laurentium abque presentia Julii, & Mellii. Refert quoque Henriquez, in summa, tom. 4. cap. 20. Gregorium XIII. concessisse Patriarchæ Ethiopiæ, qui erat e societate Jesu, ut solus sine assensibus pluribus Episcopis; Episcopos consecraret. Hucque allata confirmantur ex eo, qui in veteri ordine Romano, ubi agitur de consecratione Episcopali, unus solus Episcopus vocatur Consecrator, reliqui vero Assistentes dicuntur. Quo nomine vocantur quoque in Ponticali Romano.*

VI. Dices tamen in contrarium primo. Cum, ut supra retulimus, Jacobus Justus, seu minor a tribus Apostolis, Petro, Jacobo, & Joanne ordinatus fuerit: credendum est, id eos Christo auctore fecisse: vel saltem hoc faciendum ab Ecclesia, Apostolica auctoritate tradidisse; ergo plurium Episcoporum presentia &c. ad substantiam Episcopalis ordinationis spectabit. Unde Anicetus, Episc. 1. dicit: *quod instituit Dominus tum religiose servabat Ecclesia.*

VIII. Respondeo: vel negando, hoc fecisse Apostolos ex Christi institutione; sed hanc ceremoniam ipsos tanquam primos Ecclesie Præfules, substantiam ordinationis Episcopalis ad majorem solemnitatem, cum fieri posset addidisse. Vel dato; quod Apostoli acceperint a Christo hunc ritum; non ita acceperunt, tanquam necessarium ad substantiam, sed solum ad solemnitatem ordinationis. Non enim credendum est, omnibus ordinationibus, quas per totum terrarum Orbem fecerunt Apostoli, tres Episcopos in promptu semper habuisse: Episcopa vero Antieci suspectæ fidei est.

IX. Replicabit. Damasus, Episc. 5. quæ est de Chorepiscopis, quæ sequitur Joannes III. Episc. unica ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, intendens probare, Chorepiscoporum ordinationem nullam esse, & Pontificalia officia ab eis perperam attentari, nisi de novo ordinati fuerint: id ex eo colligit, quod non a tribus, sed ab uno, vel duobus Episcopis ordinati fuerint: tales autem nec Episcopi nominari debent; ergo &c.

Respondeo: Damasum, & Joannem III. ex eo, quod Chorepiscopi ordinati non sint a tribus Episcopis, colligere, eos non esse Episcopos, a posteriori, & tanquam ex signo, cum

enim lex Ecclesiastica præcipere, ne Episcopus minus, quam a tribus Episcopis ordinaretur; quæ quæ Chorepiscopi non sic ordinantur, nec credibile est in eorum ordinationem legem ipsam fuisse infringitam, colligit, ut ex signo, eorum ordinationem non fuisse Episcopalem.

X. Dices secundo. Concilium Regiense, ann. 439. adinatum contra ordinationem Episcopi Ebreundenis, eo quod a duobus solum Episcopis facta fuisset, cap. 2. vel 3. ait: *Itaque ordinationem, quam Canones irritam definiunt, nos quoque vacuumdam esse censuimus; in qua præsertim trium presentiam; nec expressis Provincialium licetis, Metropolitanis quoque voluntate neglecta, prolix nihil, quod Episcopum faceret, obmissum est.* Et confirmatur. Nam omnes tres Episcopi præbent materiam, & formam pronuntiant; ergo omnes absolute requiruntur.

XI. Respondeo: Concilium Regiense nil velle aliud, quam ordinationem sic factam esse irritam, non quantum ad substantiam, sed quantum ad effectum jurisdictionis: cum enim facta fuerit contra Canones, sic ordinatus, erat suspensus ab exercitio jurisdictionis. Quod vero hæc fuerit Concilii intentio, constat: quia dictam ordinationem irritam declarat, non solum quia factam a solis duobus Episcopis; sed etiam quia factam sine Metropolitanis, & Provincialium Episcoporum consensu. Nemo autem dicit, hunc necessarium esse ad validam ordinationem, & characteris Episcopalis impressionem. Adde: Ordinationem a solis duobus factam, invalidam habitam esse a Concilio Arausiano l. Can. 21. celebrato eodem feculo, anno 441. Ubi dicit, invite ordinatum a duobus substituendo esse Ecclesie unus ordinatus, & alterius in alterius ordinatis locum ordinandum esse: quibus muldat quidem ordinatores, sed invite sic ordinatum, ut vere ordinatum agnoscit.

Ad confirmat. dist. ant. Verbi pronuntiant, ut assistentes, conc. ant. Ut consecratores formam, nec tamen sequitur, ad validitatem consecrationis omnes esse necessarios; sed solum Episcopum: ita in casu. Unus enim est Episcopi consecrator: ceteri ut assistentes ad testificandum suum consecrationis assensum, verba profertent, & materiam exhibent tanquam consecratori cooperantes.

DUBIUM V.

Ad Romanum Pontificem habere potestatem Instituenti, & Ordinandi Episcopos per universum Orbem Christianum?

S. I.

An super Episcopos sit Superior in Ecclesia.

I. Dico. Supra Episcopos datur aliquis Superior in Ecclesia, & hic est Papa. Ita S. Thom. in suppl. 3. p. 2. q. 40. art. 6. De Papæ, seu Romani Pontificis Primatu multa agenda esse, & cetera in Vera Ecclesia, Tom. 1. p. 1. in Collectis, & cetera. Nunc tenet hæc sine certam, ad præsentem materiam cum S. Thoma relligendo. Dicit ergo S. Doctor: *Quod ubi nunc que sunt multa regimina ordinata in unum, oportet esse aliquam universalem supra particularia regimina; quæ in omnibus circumstantiis, & actibus, ut dicitur in 1. Eccl. (c. 1. & 2.) est ordo secundum ordinem suum. Bonum autem commune est altissimum, quem bonum speciale. Et ideo supra potestatem regimini, quæ consistit bonum speciale, oportet esse potestatem regimini unam, ad unum. Et ideo cum tota Ecclesia sit unum corpus; oportet, si ipsa unitas debet conservari, quod sit aliqua potestas regimini, respectu totius Ecclesie, supra potestatem Episcopalem, quæ unaqueque specialis Ecclesie regimini; & hæc est potestas Papæ. Et ideo illi, qui hanc potestatem negant, schismatici dicuntur, quasi diverfos sint unitati Ecclesie. Et inter Episcopos simpliciter, & Papam sunt alii gradus dignitatum correspondentes gradibus unitatis, secundum quos una congregatio vel communitas includit aliam: sicut communitas Provincia includit communitatem Civitatis; & communitas totius mundi includit communitatem Provincia, & communitas totius mundi includit communitatem Civitatis; & cetera.* En quomodo paucis verbis Angelicus Doctor totum Ecclesiasticæ hierarchiæ ordinem distinguit; & necessitatem supremæ, ac universalis in ea potestatis ostendit.

II. Episcopi igitur ab initio constituti, ut omnia ordine quam optime in Ecclesia regerentur præter unam, & universalem a Christo, ut dicitur, in Petro, & successoribus eius supra omnes positam potestatem, progressu temporis auctoritate Ecclesie, quidam adhuc gradus Episcoporum introducti, atque instituti fuerunt: quorum alii essent potestate superiores, totaque sic Ecclesiasticam hierarchiam veluti aciem ordinatissimam abfolverent.

Hi autem sunt Archiepiscopi, qui idem, ac Metropolitani: sic dicti a Metropoli, quæ secundum viorem ethymologiam significat matrem, seu materiem civitatem; & sic proprie appellatur, quod ex ea veluti matre genitæ sint alie in eadem Provincia Ecclesie, quibus propterea iure quodam præfere, & aliquo dignitatis gradu eminent. — His superiores sunt Patriarchæ, quales post Romanum Pontificem, quatuor agnoverunt Constantinopolitani Patres hoc ordine, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum. Hæc dignitates affines sunt, qui hodie Primates dicuntur; quia Archiepiscopi obedientiam Patriarchæ debent,

bent, ita & Primati; & sicut ab Archiepiscopo appellari potest ad Patriarcham, ita ad Primatem. Simpliciter tamen majores sunt Patriarchæ Primatibus. His omnibus simpliciter Episcopi, quavis in potestate ordinis parè, in forma tamen & dignitate regimini inferiores sunt. Nunc pro dubii resolutione sit.

S. II.

Resolvitur Dubium.

III. Dico. Romanus Pontifex, divino iure, potestatem habet influendi, & ordinandi Episcopos in toto Orbe Christiano. Probo sic. Ille, qui succedit in potestate, quam Christus præ alii Apostolis contulit D. Petro, iure divino potestatem habet prædicandi omnibus Christianis Orbis Ecclesie pastores, qui Christi ovæ sunt, fideles in spiritibus regant: sed Romanus Pontifex succedit in potestate, quam præ alii Apostolis contulit D. Petrus; ergo iure divino potestatem habet &c.

Majores & minores probande sunt. Mai quidem. Nam potestas, quam Christus dedit Petro, fuit potestatis universalis prædicandi toti Ecclesie, & vice ipsius totam Ecclesiam gubernandi, non hæc, vel illam prædicatum tantum: quod probatur primo. Christus, Matth. 16. v. 18. Petro promissit, quod jole futurus esset Ecclesie sue fundamentum; promissit Ecclesie ius claves, seu jurisdictionem, qua non aliquas tantum, sed omnes homines, ipsos etiam Pastores, solvere, aut ligare posset: Et ego dico tibi, quia Tu es Petrus, & super hæc Petram aedificabo Ecclesiam meam — Et tibi dabo claves Regni Calorum. Et quicumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Calis, & quicumque solaveris super terram, erit solutum & in Calis. Et Verba uni Petro dicta sunt: dico tibi. Et quidem in mercedem dicit ab ipso de divinitate Christi confessionis: aliquid igitur ipsi promissum est, quod ceteris Apostolis datum non fuit. Unde S. Leo Ser. III. de assumptione sua ad Pontificatum: *De vero (inquit) mundo nunc eligunt Petrus, qui & universarum gentium vocatur, & omnibus Apostolis, cuiusque Ecclesie Patriarcha præcipitur; ut quavis in populo deus nuntius sacerdos sit, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, qui principalem regit & Christus. Et Euclibus, l. 2. Hist. c. 14. Petrum omnium Apollorum probatissimum & maximum vocat: primorum Principem & dactem, magistrum militie Dei.*

Secundo probatur maj. ex Joan. e. 21. Ubi Christus implens, quod promiserat, jam ascensus in Calum (sibi Petro tradit vires suas in gubernio anorum, & ovium futurum dicens ei bis: *Pasce oves meas; & semel; Pasce oves meas.* Ubi observo primo ovium ab agnis distinctionem, quam Christus usus pavit. Quod enim aliud indicit, nisi Petrus non agnos modo, id est, fideles de populo, sed & ovæ matres tradit, nempe, pastores omnes? Sciendo observo: Cur Christus agnos, & ovæ suas pascendas ceteris Apostolis, qui presentis erant, indiscriminat non credidit, sed sibi Petro. *Pasce* (inquit) *agnos meos.* *Pasce oves meas, non pascere.* Certe quæ specialem de omnibus curam ei commisit, quam non commisit ceteris. *Alia omnia* (ait Chrysolomus in hunc locum) *Petrum dicitur ad hanc locum: Eritis, (inquit) pradio, presbiterum ovium totius mundi Petrus committat, non autem alii, sed hinc tradidit.* Et S. Bernardus, l. 2. de consideratione, c. 8. ait: *Qui non dico Episcoporum sed etiam Apollorum sic absolute, & indifferente tota commissa sunt oves & sic me amat. Pasce oves meas.* Quas illius, vel illius populus Civitatis, aut regionis, aut certe Regni? Quæ mea, inquit. Cum ergo Christus agnos, & ovæ suas, id est, Ecclesiam pascendi vires suas Petro commiserit, usque ad secundum sui adventum ut Judicis deputarum; nec semper Petrus futurus esset, sicut nec ceteri Apollis collata esset Christi voluntate ut sic potestas Episcopalis collata ceteris eodem iure in Episcopos eorum successores transitit ita potestas generalis, & suprema collata Petro in Petri successoris eodem iure transitit, ut unitas in Ecclesia perpetuo conservaretur.

IV. Min. autem, nempe, quod qui Petro succedit in potestate illi a Christo præ ceteris collata, fit Romanus Pontifex (quod quid in contrarium obstrepat Sectarii) perpetua Ecclesie traditione constat, quæ docetur: primo, S. Petrum Romam venisse. Secundo, ibi Ecclesiam constituisse. Tertio, eam ad mortem usque existisse. Quos sit, ut mortuo Petro, successores ei in ordinari super omnes Ecclesias jurisdictione successerint. Hinc Ireneus, secundo seculo, l. 3. contra Hæres. cap. 3. ubi tenet Romanorum Episcoporum catalogum, primo loco ponens Petrum, alioque ceteros usque ad Elancherium; addit necesse esse omnes undique fideles ad hanc Ecclesiam Romanam convenire. Idem Tertullianus, l. de Prescriptio. cap. 30. & 37. Idem Epiphanius hæres. 27. quæ est Carpocratæ: Episcoporum in Roma successio habet consequentiam habuit Petrus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Evaristus, Alexander &c. Idem S. August. l. 2. contra litteras Pellicani, cap. 51. *Cathedra tibi quæ sit Ecclesia Romana, in qua Petrus sedet, & in qua nunc Anastasius sedet?* Nililque tritum magis apud veteres, quam istud nomen Cathedra Petri; quod sedi Romane tributum. Unde Cyriacus, l. 1. Episc. 3. ad Cornelium, modo Episc. 55. Navigare (inquit) *audent ad Petri Cathedram, ut ad Ecclesiam principalem, unde unitas Sacramentalis excita est.* Hæc ex pluribus, quæ addit solent ex Patriarchis, Conciliis, ipsique Imperatoribus, pro Episcopi Romani in Petri Cathedra successione, & potestate supra in om-

nes Orbis Ecclesias, dicti ad rem præsentem sufficiant. Cum enim non minus modo, quam Apollorum tempore Ecclesia ad sui unitatem indiget, ut in ea deur unus, qui primatum teneat, & in omnes Christi ovæ potestatem habeat; si ille Romanus Pontifex non est, quis erit? Hinc quorundam hæc prerogativam Romano Pontifici eripere conati sunt, non invententes alium, in quo eam collocarent, Ecclesiam sine uno Capite visibili, quo regeretur, reliquerunt contra Christi apertam institutionem. Adlere tamen placet S. Bernardum, l. 2. de Consiler. c. 8. ubi postquam primatum Petro (qui supra) fuit per omnes etiam Apollolos statuit, Eugenium Papam sic alloquitur: *Ergo, quæ Canones tuas, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis dicitur et. Altorum potestas certis actibus limitibus, tu extenditur & in illis, qui postquam super alios acceptaverunt. Nunc si causa extiterit, ut Episcopum Civitatis claudere, tu ipsum ab Episcopatu depouere, etiam & tradere Saraceno proes? Stas ergo intonsissimum privilegium eum tibi tam in datis clavibus, quam in vobis commutatores. Ne autem Sectarii dicant testimonium Bernardi esse nihil recens, adeant Cyriacum, l. 3. Ep. 18. modo, Ep. 67. fridentem Stephano Pape, ut Marcianum Episcopum Arelatensem schismaticum sua auctoritate deponat, & alium in locum eius substituat: *Dirigitur (inquit) in Provinciam, & plebem Arelate consistorem a te liceret, quibus assento Marciano, alius in locum eius substituitur; & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus, & vulneribus consumitur, colligatur.**

S. III.

Solvuntur Objectiones.

V. Obijciunt primo. D. Petro non fuisse collatam potestatem præ ceteris Apostolis; & non esse aliquem in Ecclesia, qui Episcopos superior sit, ita. Omnes Apolloli sunt Apollolorum successores: sed potestas, quæ data est uni Apollolorum, scilicet, Petro, Matth. 16. data est omnibus Apollolis, Joana. 20. ergo omnes Episcopi sunt pares; & unus non est supra alium.

VI. Respondeo cum S. Th. citata q. 40. art. 6. ad 1. *Quod quavis omnibus Apollolis data sit communiter potestas ligandi, & solvendi; tamen ut in hac potestate ordo aliqui signetur, primo soli Petro data est; ut asseratur, quod ab eo co in alii ipsa potestas debeat defendere: propter quod etiam illi dicit singulariter, Luca 22. Confirma fratres tuos (Joann. 21.) Pasce oves meas, id est, loco mei, ut dicit Chrysolomus (Hom. 87. in Joann.) Dreyollus, & caput esse statum, ut ipsi te in loco meo altenerent, ubique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & constant.*

Ex quibus diverto: quod essi Patres aliquando (ut Cyriacus, l. de Unit. Ecclesie, & Hieronymus, l. 1. ad Joannem) assererent, Apollolos æqualis tum honoris, tum potestatis consortio donatos fuisse a Christo; hoc enim voluit, Apollolos fuisse æquales in extraordinaria Apollolus potestate, nimirum administrandi claves, prædicandi fidem, Ecclesias fundandi. Hoc enim indicant verba Christi, Joana. 20. v. 21. sicut Misit me Pater, & ego misit vos. *Marth. ultimo, v. 19. Euntes docete omnes Gentes.* Et Marc. 16. v. 15. *Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creature.* Non tamen omnes Apollolos æquales agnoverunt in ordinaria potestate regendi totam Ecclesiam, & Primatus: immo contrarium citatis locis asserunt.

VII. Obijciunt secundo contra idem. Ritus Ecclesie magis debet esse conformis ritui Judæorum, quam ritui Gentilium: sed distinctio, & ordinatio unius supra alium est a Gentilibus introducta, in veteri autem lege non erat; ergo &c.

VIII. Respondet S. Th. citato loco, ad 2. *Quidritus Judæorum non erat diffusus in diversis Regniis, & provinciis, sed tantum in una Gens. Et ideo non oportebat, quod sub eo, qui habebat potestatem principalem, alii Pontifices distinguerentur. Sed Ecclesia ritus, sicut, & Gentilium per diversâ nationis diffunditur; & ideo oportet, quod quantum ad hoc magis Gentilium ritus, quam Judæorum Ecclesia ritus conservetur.*

IX. Obijciunt tertio. Petrus Romæ nunquam commoretus est. Nec enim potuit illic appellare ante annum 48. a passione Christi, cum eo anno Concilio Hierosolymitano adfuerit. Nec potuit post habitum illud Concilium Romanum proficisci; vige- bat enim Claudii edictum, quo Judæi (& eo nomine veniebant etiam Christiani) Roma pulsati fuerant. Præterea Paulus ad Romanos scribens multos salutavit. Petri tamen non meminit. Nec Lucius in Apollolorum Actibus adfertur, vel morte Petri Romæ nusquam nec iudicium præbet.

X. Hoc est unum ex fundamentis Sectariorum, quo Romani Pontificis Primatus radicatus evellere conantur. Cui tamen respondent Catholici: Eusebium in Chronico, & Hieronymum de Script. Eccles. l. Perro, asserere, Petrum Romam venisse anno secundo Claudii. Quibus consentit Orosius dicens: Petrum Romam venisse in exordio imperii Claudii: quo tempore par est credere, eum fundasse ibi Ecclesiam, quo progressu temporis florentissima adeo evasit, ut scriberet Paulus, Rom. 1. v. 8. fides eius annuatiaretur in universo mundo. Roma vero edictus Petrus est eisdem Claudii anno no. quo per edictum publicum Judæi omnes exauduit. Dispente autem divina providentia contigit illud exillium, ut Petrus posset te præsentem siteret, ac caput, Concilio Hierosolymitano de Legalium abrogatione habito. Non difficile fuit Petro Romam redire, Nerone imperante; resicium enim fuerat Claudii edictum; & quod ibi manserit usquedum martyrio vitam finire.

Neque obeit, quod Paulus ad Romanos scribens Petrum non salutaverit. Nam quo tempore scripta est illa Epistola, nempe, circa Claudii duodecimum annum, & anno circa tercio post Concilium Jerusalemitanum, Petrus nondum ex Syria Romam redierat. Lucas autem, Adu. ultimo Petri mentionem non facit, quia totus erat in exponendo Pauli aduentu Romam, & iusque cum Iudeis contentione. Porro sententiam Pauli ad Romanos scribens si evinceret; probaret, nec Joannem fuisse Ephesorum Episcopum, nec Jacobum Episcopum Jerusalemitanum, quia nec Joanni dicit salutem Paulus ad Ephesos scribens, nec Jacobo in Ep. ad Hebraeos. Sed hae facie.

XI. Obijcies quarto. Erlamli detur, Petro concessum fuisse Primatum, Romanum Episcopatum extitisse, ac Romae diem extremam Petrum clausisse; inde tamen non colligitur, Romanum Pontificem jure divino Primatum in Ecclesia habere; cum ex Scriptura non habeatur illi potius, quam alteri post Petrum competere; eo quod per accidens contigerit, quod Petrus Romae obiit. Fundatur ergo non in jure, sed in facto; & in facto pure humano, quo non apparet, vis juris alicujus communicandi.

XII. Respondeo communitur cum Bellarmino, lib. 11. de Rom. Pont. c. 12. Aliud esse successionem, aliud rationem successioneis. Nam successio Romani Pontificis in Pontificatum, & primatum Petri ex instituto Christi est; quia Christus ipse instituit in Petro Pontificatum duraturum usque ad finem mundi; & proinde quicumque Petro succedit, a Christo accipit Pontificatum. Ratio autem successiois, qua Romanus Pontifex potius, quam Antiochenus, vel alius fit Petri successor, ex facto Petri est, non ex Christi instituto. Nam potuisset Petrus nullam fedem particularem sibi unquam eligere; & tunc non Episcopum Romanum, neque Antiochenum successisset, sed is, quem Ecclesia elegerit. Potuisset quoque semper manere Antiochie; & tunc Antiochenus sine dubio successisset. Verum quia Romae sedem fixit, & tenuit usque ad mortem; inde factum est, ut Romanus Pontifex ei succedat.

XIII. Obijcies quinto. Non solum Romanum Pontificem jus habere ordinandi per totum Orbem Episcopos; sed olim illud habuiffe primo, Patriarchas; Secundo, Primate; Tertio etiam Metropolitanos.

XIV. Respondeo: prelatos hoc jus non habuisse, nisi ex expresso, vel tacto Rom. Pontificis consensu. Non quod prius cum eo potestate praediti fuerint, sed quod interdu cum eis totius Ecclesie sollicitudinem partem judicaverit. Quoad sedes Patriarchales Alexandrinam, Antiochenam, & Romanam a D. Petro mediate, vel immediate institutas, & Conventus popolitano; quorum ordinationes valide fuerunt, quatenus firmitatem a Sede Romana habuerunt. Multo magis de Primatibus, & Metropolitanis. Hi enim fit extra suos limites ordinationes fecerunt; hoc, ut Vicarij Romane Sedis, vel tanto ejus consensu ob distantiam locorum, vel necessitate urgente executi sunt. Et hac ratione unus Patriarcha alium Patriarcham ordinasse legitur.

XV. Nec dicit: Magna controversia orta fuit inter Romanos Pontifices, & Patriarchas Constantinopolitanos circa Episcopos Bulgariae confirmandos. — Respondeo enim, contentionem illam fuisse de jure Patriarchali, non de jure Rom. Pontificis, ut totius Ecclesie Capitis. In Romano enim Pontifice adiuntur dignitates Episcopali, Archiepiscopali, seu Metropolitanis, Primatis, Patriarche, & totius Ecclesie Capitis. Contendebat S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus Bulgariae intra fines sui Patriarchatus contineri; & proinde jure Patriarchico ordinationes in illis Provinciis sibi debere: jus sanctae Sedis non tangens, ut ex Anastasio Biblioth. in Hadriano II. habetur.

XVI. Obijcies sexto. Superior potestas non potest conferri per inferiorem, neque aequalis per aequalis: quia sine ulla contradictione quod minus est, a majori benedicatur, Hebr. 7. Unde nec Sacerdos promovet Episcopum, nec Sacerdotem; ergo si Papa est superior Episcopis; a nullo Episcopo poterit ordinari, quod tamen est falsum: cum Episcopus Hostiensis consecret Papam; ergo &c.

Respondeo cum S. Th. citato, art. 6. ad 3. neg. conf. Nam potestas sacerdotis excedit a potestate Episcopi, quasi a potestate alterius generis. Sed potestas Episcopi excedit a potestate Papae, quasi a potestate ejusdem generis. Et ideo omnino actum hierarchicum, quem potest facere Papa in ministrando sacramentum, potest facere Episcopus. Non autem omnino actum, quem potest facere Episcopus, potest facere Sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideo quantum ad ea, quae sunt Episcopalis Ordinis, omnes Episcopi sunt pares. Et propter hoc quilibet Episcopus alium potest consecrare.

DUBIUM VI.

De Chorepiscopi.

S. I.

An fuerint veri Episcopi.

I. Chorepiscoporum nomine, ut superius indicavimus, intelliguntur ministri quidam, qui in pagis, & villis aliqua olim obibat Episcoporum munera. Unde Chorepiscopatus a Canonistis definitur: quod fit dignitas Ecclesiastica, qua insignitur quidam Sacerdotes multis Episcopalibus officii

in villis, & pagis funguntur. De hoc quaerimus primo: An fit idem cum Episcopatu. Secundo: A quo fuerit institutus. Tertio: Quenam fuerint ejus officia. Pro primo

II. Dico, Chorepiscopi non fuerint veri Episcopi, sed Presbyteri simplices, qui in villis, & pagis vicem Episcoporum in aliquibus agerent. Prob. Tum quia: a tribus Episcopis non ordinabantur: ad ordinationem autem Episcopi, ut jam diximus, iure Ecclesiastico, sicut nunc; ita & antiquitus tres Episcopi requirebantur; Chorepiscopos autem solum Episcopus ordinabat. Unde Concil. Antiochenum, Can. 10. Chorepiscopum vero (inquit) Christi, Episcopus ordinat, qui illi subiectus est — Tum quia: secundum antiquos Canones veritatem erat, ne Episcopi in pagis constituerentur, ut ex Can. 15. Conc. Laodicensi: Non oportet, in villis, vel in agris constituere Episcopos, sed vicarios: Chorepiscopi autem non alibi, quam in pagis constituerentur; unde, Conc. Laodiceum, Can. 10. Si qui sunt (inquit) in vicis vel pagis, qui dicuntur Chorepiscopi. — Tum denique: quia Episcopi sunt successores Apostolorum; Chorepiscopi vero non Apostoli, sed potius septuaginta discipulis successisse dicuntur a Concil. Neocaesariense, Can. 14. Chorepiscopi autem sunt quidem in figura septuaginta, Hac triplici ratione utitur Leo III. in responso ad Gallias, & Germaniam Episcopos.

III. Obijcies primo. Chorepiscopatus a Concilio Chalcedonensi, Can. 12. ubi damnae simoniacas Clericorum institutiones, ponitur inter Ordines, non vero inter officia. Sic enim Ordines sacros accensens: Si quis (inquit) ordinaverit per pecuniam Excom. vel Defensorum, vel Manuianum, vel quemquam, qui est subiectus regali. Atqui Chorepiscopatus non erat Ordo Presbyteratus, quia conferbat jurisdictionem in simplicibus Presbyteris; non erat Ordo medius inter Episcopatum, & Presbyteratum, cum nulli legatur institutio divina distincta; ergo erat Ordo Episcopatus.

IV. Respondeo, neg. aliamquam. Nec enim concilium Chalcedonense recenset Chorepiscopatum inter Ordines sacros; quia illum verum ordinem, sive Episcopalem, sive ab Episcopi dignitate distinctum reputaret; sed quia cum Chorepiscopalis dignitas conferret jurisdictionem spirituales in plures Parochias, & multos rurales Presbyteros; & insuper potestatem aliquos Ordines usque ad subdiaconatum, ex delegatione tamen, conferendi: aequè horrendum existimant Patres Chalcedonenses simoniacas conferre Chorepiscopatum, ac sacros Ordines, & magis quam conferre Ecclesiastica officia, quibus solum in res temporales jurisdictionis annexa erat.

V. Obijcies secundo. Concilium Nicenum I. Can. 8. Statuit, ut apud Novantianos ordinati, qui redierint ad unitatem Catholicam, vel ad agant Episcopos in urbibus, in quibus Catholici Antistes constituti non fuerint; vel si ante eorum reditum Episcopi catholici in eisdem urbibus reperiri fuerint, Chorepiscopos munere fungantur; ergo &c.

VI. Respondeo, neg. conf. Concilium enim ibi loquitur de ordinatis in Episcopos a Novantianis: cum his enim placuit indulgere, ut pravia impositione manuum reconciliativa, fingi possent munere Episcopi in urbibus Episcopo carentibus; sed minus, munere Chorepiscopatus fungi possent. Non autem loquitur de pure ordinatis in Chorepiscopos, Unde non est ad rem.

VII. Si quaeras: quomodo fieret Chorepiscopi ordinatio? Respondeo, apud Graecos impositione manus cum aliqua oratione, aut benedictione fieri consuevisse. Apud Graecos enim quilibet ordinatio, sive benedictio cum impositione manus, & oratione fiebat: nec tamen erat Ordo, vel sacramentum. Tum quia: non erat ceremonia a Christo instituta, ut statim dixerim. Tum quia: etiam Diaconus manus imponebant, quae ususque ordinis incipere erat.

Apud Latinos autem nusquam fuit ritus determinatus: aliqui antiqui rituales agentes de consecrationibus eorum, qui ad dignitates Ecclesiasticas infra Episcopalem electi erant, de consecratione Chorepiscoporum non fluiffent. Probabile tamen non videtur, in Occidente Chorepiscopos factos fuisse per solam delegationem; eo fere modo, quo nunc ab Episcopi creatur Vicarij Generales. Alioquin hoc argumentum, seu validissimo usi fuissent Leo III. & Episcopi Galli, nono saeculo, ut probarent, Chorepiscopos, contra quos tunc pluribus actum est, nusquam fuisse veros Episcopos.

S. II.

Qui Chorepiscopatus fuerit Auctor?

VIII. Dico, Chorepiscopatus, auctor non fuit Christus, sed Ecclesia. Probo primo. Quis fit Chorepiscopatus? Christus habuiffet auctorem, debuiffet inter Ordines sacros, & sacramenta referri; non minus ac Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus; sed hoc s. praecedente rejecimus; ergo &c. Secundo. Si Christum habuiffet institutorem, statim in Ecclesia debuiffet esse in usu, eo modo quo Episcopatus, Presbyteratus, Diaconatus; sed potuiffet ab Ecclesia prorsus abrogari: hoc autem est falsum. Nam non solum in Aedibus Apostolorum nulla Chorepiscopatus vel tacta fit mentio; sed nec in monumentis trium priorum saeculorum ullum illius vestigium adest. Nec enim Canones dicti Apostolici, nec Constitutiones Clementis, nec S. Ignatii Epistola, nec Concilium Eliberitanum; immo nec Cornelius Papa, in Ep. ad Fabianum Antiochenam, licet omnes Ordines suo tempore Romae receptos enumeret; Chorepiscopatus nec verbum facit.

In-

Insuper a Epingrentis anvis in utraque Ecclesia, Latina, & Graeca Chorepiscopatus cessavit. Nullus enim ex auctoribus, qui ab eo tempore tam in Oriente, quam in Occidente scripserunt, Chorepiscopatum tamquam dignitatem, quae tunc esset in usu, recentibus: unde invide conicitur, quod ab eo tempore fuerit ubique abrogatus.

IX. Chorepiscopatus ergo initium suum in Oriente habere cepit, tertio labente saeculo. Cujus ratio est. Quia prima Chorepiscopatus mentio fit in Concilio Ancyrano, & Neocaesariensi, quae insensu saeculo quarto celebrata fuerit. Verum cum in illis Conciliis non agatur de Chorepiscoporum institutione, sed de coercenda potestate, quam sibi contra Canones usurpabant; recte colligitur, paulo ante quartum saeculum in Oriente cepisse. — In Occidente solum inextante saeculo quinto Chorepiscopatus cepit. Eo quia nullus Auctor, & nulla Synodus Occidentalis illius meminit ante Regientem, quae anno 439. celebrata est; & in qua Armentarius, contra Canones ordinatus, ab Episcopatu dejectus est; & permixtus cum Chorepiscopis sedere, & eorum fungi numeribus. — Nec refert, A. 2. Conc. Chalcedonensis, referri, Novatianos habuisse in sua secta Chorepiscopos. Nam hinc non concluditur, eos ab initio fuisse heretici Chorepiscopos habuisse; sed progressu temporis invidentis eis Ecclesiam Romanam uti, quam in multis imitari videbant; Chorepiscopos tamquam utiles amplices fuisse.

X. Interitus autem Chorepiscoporum ab anno octingentesimo exordium habuit; eorumque vana, ac temeraria praesumptio causa fuit. Renitentibus enim Episcopis, quibus suberat, omnia fere Episcopalia munera arrogabant sibi; quod movit Legatum III. & Patres Concilii Ratisponensis ad multas eorum ordinationes, quibus ordinarent Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos veritas declarandas quae etiam moverunt eosdem Patres ad vetandum, ne impollerent Chorepiscopos creantur, quod anno 889, in Concilio Menteni confirmatum fuit, Can. 2. Ubi statutum fuit, Chorepiscopos nihil amplius esse, quam Presbyteros; ac proinde nullum esse quidquid in summi Sacerdotis egerent Ministerio. Quae veritate tandem perfecta, factum est, ut a multis saeculis Chorepiscopi vel nomen extinguit sit.

S. III.

Chorepiscoporum Officia.

XI. Primo ergo Chorepiscopi erant praepositi ruralium Presbyterorum regimini, sicut modo sunt, quos Vicarios farmaeos, seu Decanos rurales appellamus: dicebantur enim Chorepiscopi a voce Choris, quae Graecis significat regionem, aut agrum; sibi enim Episcopi loco praesidebant.

XII. Secundo. Poterant minores Ordines usque ad Subdiaconatum includere, tamquam ministri extraordinarij, & de Episcopi consensu conferre; non tamen Presbyteratum, aut Diaconatum. Colligitur ex Ancyrano Synodo, Can. 13. quae vetat quidem, ne Chorepiscopi teneant Presbyteros, Diaconosque ordinare; cum autem de Subdiaconis nihil dicit, indicat eos ordinare potuisse: Chorepiscopi (inquit) non licet Presbyteros, nec Diaconos ordinare. Immo Capitulare Aquiligranense Caroli Magi 99. hoc eis expresse concessit his verbis: Nec Presbyteros, nec Diaconos ordinare, nisi consensu Subdiaconum.

XIII. Tertio. Chorepiscopi aderant Conciliis, & in eis suam dicebant sententiam. Neocaesariensi enim subscripserunt duo, & Niceno I. quidem; sed an eis hoc jus competere ratione Chorepiscopatus, an ratione delegationis specialis ab Episcopis, quibus suberat, Canones non dicunt.

XIV. Quarto. Licet rurales Presbyteri ubi adestent, aut Episcopos, aut urbsi Presbyteri in Ecclesia Cathedrali sacrificia offerre veterarent, id tamen poterant Chorepiscopi. Ita Conc. Neocaesariense, Can. 13. Chorepiscopi autem sunt quidem in figura Septuaginta; et comministri autem, proprio studio in pauperes, offerant honorati.

DUBIUM VII.

An Jure Divino ad Episcopi Electionem admittendum sit Suffragium Populi, & Cleri.

S. I.

Aligua Supponuntur.

I. Suppono extra controversiam esse, quod populus etiam laicus una cum Clero admitti possit ad ferendum suffragium in electionibus Episcoporum: Id enim usus per multa saecula obtinuisse testantur Patres: Cyprianus tertio saeculo, l. 2. Ep. 3. Ep. 4. Cam ipsa (inquit) maxime plebs habere potestatem, vel eligendi aliquos Sacerdotes, vel indigne recusandi. Idem, lib. 2. Ep. 11. agens de Cornelii Papae electione, ait. Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei, & Christi eius iudicio, de Clericorum bene opinatum testimonio, & plebis, qua tunc affuit, suffragio, de Sacerdotum antiquorum, & honorum viciorum Collegio. De electione S. Athanasii idem ostendit Epistola encyclica Concilii Alexandrini (apud Athanas. Apolog. 2.) his verbis: Testamur, omnem multitudinem, populumque Catholicam Ecclesia in unum actam, quasi in spicem unius corporis, & animae. postquam Athanasium Episcopum dicit, Idem etiam volebat S. Leo, Epist. 84. cap. 5. dicens: Cum de summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus proponatur, quem Cleri, plebsque consensus concorditer postulaverit.

Tempore S. Gregorii Magni, in Italia Praesides, nobiles, Senatus, populus cum Clero conspirabant ad electionem Episcoporum, ut ex l. 1. Ep. 56. Et lib. 2. Ep. 15. cum Neapolitani in eligendo Episcopo non convenissent; Sin (inquit) apiam aut invenitis, in quam possessa convenire personam saltem tres vixis rallo, ac sapientes eligite, que ad hunc urbem generalitatis vicio mittatis, quarum & iudicio plebs tota consentiat.

II. Hanc disciplinam post duodecim priora Ecclesie saecula continuasse multis ostendit Juvenum de Sac. Ordinis, Qu. 1. de Episcopatu, c. 4. art. 1. modo tamen a multis saeculis in usu non est. Sed Episcoporum electio fit in aliquibus Ecclesiis a Capitulo, vel Regia nominatione ex Sede Apostolice concessione, vel ex Summi Pontificis institutione: a quo omnes, quocumque modo electi, vel nominati confirmari debent. Stante igitur pro temporum diversitate, & circumstantiarum diversitate in modo eligendi Episcopos, ac ministris Ecclesie, controversa reduci ad videndum: an jure divino aliquid in hoc statutum sit.

III. Moderni heretici Lutherani, & Calviniste ita necessarium volunt ad electionem, & ordinationem ministrorum Ecclesie populi, ac secularis potestatis consensum; ut hoc omisso invalida sit electio, & ordinatio: Hunc ritum (ait Lutherus, lib. de potestate Papae) per multas Episcopalis Cyprianus commemorat: Semper suffragium populi, & iudicium principum Episcoporum ita allegans; ne haec ex Deo ordinatum esse cum fiducia pronuntiet. Et Calvinus, qui subscripsit omnes Sectarij, lib. 4. Inst. c. 3. §. 15. Habemus (inquit) esse hanc legitimam ex verbo Dei ministri vacationem, ubi ex populi consensu, & approbatione creantur, qui nisi fuerint idonei. Praesertim autem debere electioni alios Pastores; non quid, vel per legitimum, vel per mala studia, vel per tumultum a multitudinis peccata.

IV. Concilium vero Tridentinum hisce verbis Catholicam fidem, Sess. 23. cap. 4. proponit: Decet insuper sancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum, nec populi, nec cuiuscunque secularis potestatis, & magistratus consensum, sive approbationem, sive auctoritatem esse requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio etc. Et eisdem Sess. Can. 7. anathematice dicitur: Si quis dixerit... Ordines ab ipso (Episcopo) collatos sine populi, vel potestatis secularis consensu, esse vocatione irritos esse. Et Civ. 8. Si quis dixerit, Episcopos, qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non esse legitimos; & veros Episcopos, sed signum tantum humanum, anathema sit.

V. Mitto errorem Wicleffii, & Joannis Hus ab opposito violentum, solius Dei munus eligere Pastores Ecclesie. Ratio eorum erat. Quia solus Deus novit iustos, & praedestinos, quos solos contendebant esse veros Pastores, ac Ministros. Quem putidissimum errorem dimittit Conc. Constantiense, Sess. 8. 15. & 25. nec in eo resellendo immorabimur. Satis enim superius ostendimus malitiam sive eligentium, sive electorum validitati electionis, si debite fiat, non officere.

S. II.

Resolutio Dubii.

VI. Dico, Jus eligendi Episcopos, alioque ministros jure divino non competit populo, nec seculari potestati. Primo igitur pro hac catholica veritate habemus exemplum Christi, qui duodecim Apostolos, alioque septuaginta discipulos, non electione plebis, aut Magistratus, sed sola sua voluntate elegit. Cumque Apostolos miserit in Ecclesiam ea donatos potestate, qui ipse missus fuerat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; voluit, ut eadem potestate, & forma in saeculorum ministrorum electione uterentur.

Quare, Act. 1. v. 25. propria sua electione staterunt duos meritis pares, quorum alter, in quem fors eccidisset, Apostolatu fungeretur. Et Act. 13. v. 2. non plebis suffragio, sed judio Spiritus Sancti dirigente corda eorum, qui Ecclesiam praerant, Saulus, & Barnabas ad Apostolicum munus segregati sunt.

Paulus ipse nulla suffragiorum plebis facta mentione, Timotheo, & Tito Episcopos a se constituit potestatem dedit manus imponendi, & Presbyteros constituendi, 1. ad Timoth. 5. v. 22. Manus cito nemini imponere, id est proba prius, an fit tali gradu dignus, ne temere ordinet. Quod fit plebis, aut Magistratus suffragio necessario audienda essent, frustra Episcopo diceretur, Manus cito etc. cum non ex ipsius iudicio, sed ex alieno suffragio tota ministrorum Ecclesiae penderet ordinatio. Ad Titum autem 1. v. 5. Hujus rei gratia (inquit) reliqui te Crete (Episcopum) ut ea, quae desunt corrigas; & constituas per Civitates Presbyteros, sicut & ego distulsi tibi. Quibus non aliam formam illis praescribit, nisi eam, quam in ordinandis eis ipse servaverat. Nam Timotheum constituit Episcopum Ephesorum, & Titum Cretensem; quia utrumque ipse idoneum judicaret nullo expectato plebis suffragio; & ita ab ipsis fieri volebat. Quod & ipse, & Barnabas fecisse leguntur. Act. 14. v. 22. Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias (Lisire, Iconii, & Antiochiae) Presbyteros etc. eos nimirum eligendo; & ordinando.

Adde: quod idem Paulus recensens qualitates in Episcopo, & Diacono requisitas, 1. Timoth. 3. ad Titum 1. eos non infinat, & praecipit plebi, aut toti congregationi fidelium, ut norint, qualem eligere debeant. Hoc enim, si voluisset, potius roti Ecclesiae Ephesorum, & Cretensium, super ea rescripisset Epistolas, praesertim quia fere vniuers Epistolae ad

ad Ecclesiam scripturam, quia in illis agitur de rebus totam Ecclesiam concernentibus. Cum ergo illas conditiones solis Episcopi expoluerit, signum est, quod ad eos solos, vel tota, vel praeputia electionis cura pertinebat.

VII. Hunc eundem morem fecerunt ceteri Apostoli, qui Episcopus a se ordinatos miserant ad populos abentes, & interduces sine quorundam suffragio illi Episcopos constituerunt, ut ad eadem converterentur, & conversi regerentur. Sic Petrus Marcum discipulum suum Alexandriam; ut sibi constitueret Ecclesiam misit Alexandrini procul dubio sibi nihil scilicet aut cogitandum, & consequenter eorum consensus non requiritur. S. Gregorius Magnus Apostolos imitatus pro Anglia Episcopum, vel ipsi Angli interitus, S. Angulinum Monachum ab Arelateni Praefule ordinatum designavit; hic autem alios, qui ad eundem recens conversi praesent, elegit. En verba Pauli Diaconi in vita S. Gregorii hoc narrantis: Sed & Augustinum penes Anglos, a Galliarum Episcopi ordinari precepit: per quem nihilominus in eodem gentes... diverso tempore processerunt Mellitus, Justus, Laurentius, & Paulinus.

VIII. Aliquando etiam plurimorum Episcoporum electione, & consensu factum fuit. Teste enim Eusebio l. 1. Hist. c. 1. Jacobus cognomento Justus a SS. Petro, Jacobo, & Joanne Hierosolymorum Episcopus electus fuit. Rufinus, l. 3. c. 11. Mortuo Jacobo, Simeonem Cleopae filium ejusdem urbis Episcopum Apostoli instituerunt. Et l. 6. c. 10. Cum Narcissus Episcopus aufugisset, Episcopi viciniore, alium nomine Diom elegerunt.

Hunc morem suo tempore viguisse S. Cyprianus testatur, l. 1. Ep. 4. (modo Ep. 35.) his verbis: Propter quod diligenter de traditione divina & Apostolica observatione servandum est, & tenendum; quod apud nos quoque & forte per provincias universas tenetur: ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui Praepositus ordinatur, Episcopi ejusdem Provincia proximi quoque conveniant, & Episcopatus delegatur plebe praesente; quo singulorum vitam plenissimo vestit, & vultusque aeterna de ejus conversatione perspexit. Ne autem hoc Cypriani testimonio Novatores abutantur; Nota primo. Cyprianum non dicere: Plebe suffragante, sed plebe praesente. Unde plebs aderat, non ut ferret suffragium, sed ut testimonium reddere de vita & moribus illius, qui proponebatur: ideoque cura eligebatur Episcopus, plebs aderat ut testis, & provincialiales vero Episcopi ut Electores. — Nota secundo. Cyprianum non dicere, hoc plebis testimonium per universam Ecclesiam, tamquam jure divino necessarium ad validitatem electionis requiriti; sed solum, ut traditioni divinae, & apostolicae magis constantiam, non apud omnes, sed fere omnes Ecclesias, puta Africae teneri. Nam hic Episcopus eligendi modus in aliquibus provinciis non tenebatur, ut ipse arguit; nec tamen provinciarum illarum morem, inconfusa plebe Episcopos eligendi, ut illegitimum, & divino juri contrarium datur. Et vero totis fere tribus prioribus Ecclesiae seculis Episcopi, ut ait Hieronymus, Ep. ad Evangelium, seu Evangelium, his verbis: Nam & Alexandria a Marco Evangelista usque ad Hieracium, & Diospolis Episcopi, Presbyteri tempus unum ex se electum, in excelso gradu collocatum, Episcopum nominabant. Quod autem in prima post Romanam Sede, & ab ipsi Ecclesiae incumbulis illegitima, & juri divino contraria facta sint Episcoporum electiones, quis credet?

IX. Ex Conciliis quoque constat, plebis suffragia, nec secularis potestatis auctoritatem requiri: Primo ex Laodicensi, Can. 13. quo dicitur: Turbis non esse permittendum electionem eorum fieri, qui suus ad Sacerdotium promovendi. Secundo ex Niceno I. Canon. 4. dicente: Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia constitui. Si autem sit hoc difficile, vel propter urgentem necessitatem, vel via longitudo, tunc omnia in eundem locum congregatis, absentibus quoque suffragium ferentibus, scriptisque assensibus, una ordinationem fieri. Tertio ex Constantino Constantinopolitano Canon. 22. Promovendus, & consecratus Episcoporum concordans primis: Concilio electione ab Episcopo Collegii fieri sancta hoc & Universali Synodo Principum, vel potentium semel ingere electioni, vel promotioni Patriarchae, Metropolitae, aut consulis Episcopi... Quisquis autem secularium Principum, & potentium, vel aliarum dignitatis laica adversus communem, ac consonantem, acque canonicam electionem Ecclesiasticam ordinis agere conaverit, anathema sit; donec obediatur, & consentiat in hoc; quod Ecclesia de electione, & ordinatione proprii Praesulis, vel velle monstraverit. Quarto tandem: Nicenum II. pariter Oecumenicum, Can. 3. Omnis (inquit) electio a Principibus facta Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi irrita maneat secundum regulam, qua dicit: Si quis Episcopus secularibus potestatum usus, Ecclesiam per ipsos obtinet, deponatur, & segregetur omnes, qui illi communicant: Oportet enim, ut qui probandus est in Episcopum, ab Episcopi eligatur; quemadmodum a sanctis Patribus, qui apud Nicenam convenerunt, in regula definitum est, qua dicit: Episcopum convenit maxime Sec. ut supra &c.

Ex quibus omnibus patet, quam merito Concilium Tridentinum, Sess. 23. cap. 4. & Canon. 7. supra relatis Sectarios modernos oppositum sententias damnaverit.

X. Non desunt pro hac veritate rationes. Prima est, Episcopum jure divino esse Pastorem, fideles autem alii divino jure

sunt oves: sed ovium est suscipere quidem, & obedire Pastori sibi dato, non autem Pastorem sibi eligere; ergo &c. — Secunda est, illi jure divino convenit eligere Episcopum, quibus jure divino convenit regere Ecclesiam; quia electio ministrorum Ecclesiae est actus pertinet ad regimen Ecclesiae, & fideles Episcopi, non populo, jure divino convenit regere Ecclesiam Dei, ergo &c. — Tertia est, Laici Capiti sunt verum Ecclesiasticarum imperium, nec valent idoneum ministrum ab incepto fecerere. Unde refert Theodoretus, l. 4. Hist. c. 7. quod Valentinianus rogatus, ut Electioni Episcopi Mediolanensis se immisceret, recusavit dicens: Major, quam ut a me praestari possit, res est, multaque fuerit melius eos distendere divina gratia dignatos, & participes stentoris.

Quarta est. Populus plerumque, quae sua sunt, non quae Jofu Christi, & maxime passioni indulgere studet magis, quam communi bono. Unde S. Chrysof. l. 3. de Sacerdotio, graviter dolet, quod suo tempore Episcoporum electiones penes laicos forent: & hinc non esse mirandum, si dignis relictis, pessimi ad factos promoverentur ordines, & dignitates.

Quinta demum. Electio facta, debet fieri, ac decentis sit eo modo, quo a contentione, & tumultu magis judicium immunit: sed cum populus habet suffragium, vix sine tumultu fit, & contentione, propter fludium sepe prava partium: quod factis comprobatur. Nam S. Augustinus, Ep. 110. modo 123. & 125. modo 136. refert historiam turbulenter commotionis popularis in electione Piniati. Rufinus, l. 11. Hist. c. 31. definitionem populi Mediolanensis in Episcopum designando non levorem narrat. Sed inter ceteros in hac materia confictus acerrius fuit, qui in electione S. Damasi contigit; cum vel in ipso templo non pauci interfecit sint, ut refert S. Hieronymus, in Chronico, & Ammianus Marcellinus Auctor Ethnicus. Non est autem credendum, modum electionis, tot inconvenientibus obnoxium jure divino preceptum esse.

S. III.

Historica Objecta.

XI. Obijciunt ex veteri lege primo, Moyses Dux populi, Exod. 3. & Levit. 8. Aaronem, & filios ejus designat, & consecrat Sacerdotes. Item, Num. 8. ad hoc requirit consensus, & suffragium multitudinis: Applicabis Levitas conposita operi multitudinis filiorum Israel. Cumque Levitis fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos. Quae caeremonia solet esse dantis suffragium.

Secundo, David Rex, 1. Paralip. 23. &c. Sacerdotibus, Levitis, Cantoribus, & Janitoribus sua designavit officia, & vias distribuit. Nec ipse tantum, sed & Magistratus exercitus Cantores in ministerium segregavit, ut habetur initio Capituli 15.

Tertio, Salomon, 3. Reg. 2. Abiathar Sacerdotem a Pontificatu deiecit, & in ejus locum Sadoc instituit.

Quarto, Jofaphat Rex Juda, 2. Paralip. 19. Amariam constituit in his, quae ad Deum pertinent, & insuper Levitas, & Sacerdotes.

Quinto, Alexander, & Demetrius Reges Syriae, 1. Machab. 10. & 11. Jonathan constituit summum Sacerdotem Judaeorum. Idque etiam commemorat Josephus, l. 13. Antiquit. cap. 5. & 8. Cur ergo non etiam in lege nova hoc iure Reges, ac Principes non potuerunt?

XII. Respondeo ad singula. Ad primum dico, quod Moyses Aaronem, & filios ejus non tantum designavit Sacerdotes, sed etiam unxit, & consecravit: at hoc non fecit tamquam Dux populi, sed ex peculiari Dei mandato, ut aperte Scriptura testatur. Unde nec constitutum a se Sacerdotem potuisset amovere, nec Sacerdotum ad aliam familiam transferre. — Addo, quod Moyses etiam Sacerdos erat juxta illud Psalmi 98. versum. 6. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus: adeoque prius ipse sacrificia obtulit, quam Sacerdotes consecraret.

Ad id, quod addit ex Num. 8. dico, ibi non significari requiritum fuisse consensus multitudinis, ut Levitic ordinarentur. Sed quia Levitic offerrebatur Deo pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, ut habetur Num. 8. vers. 16. ideo Levitic erant quidam oblatio Deo facta a tota multitudine. Ut ergo significaretur, quod multitudine illos offerret tamquam manus, & sacrificium Deo, applicabantur coram tabernaculo convocata multitudine; ipsaque multitudine ponebat manus super eos, qui offerens debebat ponere manus super suam oblationem, ut Levit. 1. docent Commentatores.

XIII. Ad secundum dico. Davidem ea fecisse, non auctoritate Regia, sed ex revelatione prophetica, & jussu divino. Unde nullus posterio, non dicam Regum, sed nec Pontificum, ausus fuit ea immutare. Videatur 1. Paralip. cap. 9. vers. 22. & cap. 8. vers. 19.

XIV. Ad tertium similiter respondeo, quod Salomon tamquam executor divinae sententiae (dicit enim Scriptura: Et implerunt sermo Domini) Abiathar mandatum reum lese majestatis misit in exilium; quo factum est, ut fungit Sacerdotis non possit. Unde Deo hic disponente factum est, ut Sacerdotium rediret ad antiquam familiam, cui ex divina promissione competeat, nempe Eleazar, de qua erat Sadoc. Quamquam non satis constat, Abiathar deinceps Sacerdotis finctum non fuisse, cum cap. 4. numerentur Sadoc, & Abiathar Sacerdotes.

XV. Ad quartum, resp. Jofaphat constituisse Levitas, & Sacerdotes, quia curavit constitui, non quia elegerit ut ordinarentur. Amariam autem, qui jure successione erat designatus, constituisse Levitas, & Sacerdotes, quia curavit constitui, non quia elegerit ut ordinarentur.

vincius institutus legitimus Pontifex, Jofaphat non constituit Pontificem, sed declaravit, ad eum tamquam summum Pontificem defendendam esse quaestiones Legis.

XVI. Ad quintum dico, exempla Regum Ethnicorum, quales fuerunt Alexander & Demetrius, quo ad jus constitutum summos Sacerdotes in Judaico populo, non esse trahenda ad ista, & plenius a Josepho narratur, primum Aegypti, Acha, Syriae Reges deinde & Romanos idem Sacerdotum pretioveculu habuisse. Jonathan autem Sacerdotum acceptavit, non ut a Regibus collatum, sed ut a populo Judaeorum sibi delatum, ut & de Simone fratre ejus constat, 1. Machab. 14. Quamvis postea auctoritas Regia accederet, in illis rerum circumstantiis eogente necessitate.

XVII. Obijciunt secundo, ex novo Testamento, Act. 1. Non solum Apostoli, sed universa Ecclesia multitudinem proposuit Matthiam, & Barnabam, ut Deus afflueret ex eis unum. Act. 6. Diaconi a multitudine electi fuerunt. Unde vers. 5. dicitur, & elegimus Stephanum &c. Hoc statuerunt ante conspectum Apostolorum. Electi ergo a multitudine praesentati fuerunt Apostolis. Idem refertur, Act. 14. nempe Paulum, & Barnabam constituisse per singulas Ecclesias Presbyteros suffragis plebis: Verbum enim graecum Chirotonisantes idem significat, ac eligens per suffragia. Nam Chirotonis idem est, ac manus attollit in signum suffragii. Hac ergo fuit forma eligendi ministrorum ab Apostolis primo instituta.

XVIII. Respondeo ad primum. Illam non fuisse electionem, sed postulationem quamdam a Deo; qua petierunt, ut offerret eis, quemnam in locum Jude ipse elegerat. Hoc autem, inquit Chrysofomus in hunc locum, factum fuit, non ex necessitate, sed ex voluntate: Quid enim? an non licebat ipsi Petro eligere? Licet, & quidem maxime: verum id non fecerunt, ne cui videretur gratificari.

Idem dico de electione Diaconorum, hanc fieri a multitudine Apostolorum institutam; quia hoc visum fuit illis bonum, ac utile Ecclesiae. Cum enim de modo eligendi ministrorum Ecclesiae nihil a Christo Apostoli accepissent preceptum, existimant rem hanc secundum circumstantias personarum, locorum, & temporum prout Ecclesiae bono expediret, moderandam esse. Sic quae tunc multitudinis credentium erat cor unum, & animi una, & agebatur de viduis, & pauperibus alendis de bonis a tota multitudine in commune collatis; expediens judicariur Apostoli, ut Diaconi a tota multitudine eligerentur. Porro cum Ecclesiae bono expediret, ne ministrorum electio populo permitteretur, id ei Apostoli non permittunt. Sic Paulus Cretenfibz qui duriores erant, non permittit ut suffragis sibi Episcopum eligerent; sed eis sua auctoritate Titum praefecit. Hoc Apostolorum exemplum secuta est Ecclesia. Nam ut, S. 1. observavimus pro veritate temporum, locorum, & personarum modo electiones Episcoporum a tota multitudine fieri permittit, tamquam testimonium de persona reddente, vel etiam postulare: modo ad solos Provinciae Apolos, modo ad Clerum restringit, modo, ut a multo tempore, solius Romani Pontificis, cuius prima cura est, providentiae praecipuus Ecclesiarum dignitates relinquit.

Ad id vero, quod subiungitur, dico, verbum graecum Chirotonis in Scripturis pro electione in genere usurari, sive haec fiat plium suffragio, sive ab uno tantum, immo etiam pro ipsi ordinatione; generaliter enim significat manum extendere, seu imponere, quod rite fit eligendo per votum, ac constitutum, & ordinandum. Immo dum agitur de ordinatione ministrorum Ecclesiae, ut observant Interpretes, longe aliud intelligitur quam suffragio; cum potius intelligatur ipsa ordinetur, quae fit ab Episcopo per manus impositionem. Et ita intelligendum est quod dicitur de Paulo, & Barnaba: Cum constituerent illi Presbyteros, id est, per manus impositionem ordinant, etiam praefecissent.

XIX. Obijciunt tertio testimonia S. Cypriani, lib. 1. epist. 4. dicentis de Traditione divina, & Apostolica observatione defendere, ut Sacerdos, plebe praesente, vel omnium oculis eligatur, & dignus aequo idoneus publico iudicio, ac testimonio comprobetur. Et Sancti Leonis, epistola 84. cap. 5. volentis: ut cum Deo Jurem Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus presens, quem Cleri, plebisque consensus concideret postulari.

Respondeo, mentem S. Cypriani colligi ex dictis supra, S. 2. n. 8. quo Studiosum remitto. Quibus addo: Cyprianum ibi duo ad electionem Sacerdotis requirere. Primum, quod testimonio bonae vitae sit, qui eligendus est comprobetur; & hoc certe ex traditione divina, & Apostolica observantia descendit: Oportet autem (inquit Paulus, 1. ad Timoth. 3. v. 7.) illum, & testimonium habere bonum ab his, qui fors sunt, id est, non solum fidelibus, sed etiam infidelibus probari debet esse ejus vita. Alterum, est modus, quo hoc testimonium bene viret habendum est, nimirum, quod plebe praesente sub omnium oculis deligatur; & hoc non intendit ex traditione divina, vel apostolica observantia descendere, cum nec Christus hoc praeciperit, nec Apostoli semper observarint, nec Cyprianus tempore ubique servarunt, ut diximus.

Ut vero S. Leonis mens aperitur duplex electio distinguenda est. Una proprie talis, & canonica, quae dat jus electio altera minus propria, quae tantum vim habet testimonii, desiderii, seu optationis. Hanc secundam tribuit populo. Ad primam solis Episcopi concedit: Ita ibi, cap. 6. fit explicat dicens: De persona autem consecrandi Episcopi... Provinciales Episcopi ad Civitatem Metropolitancam convenire debent: ut omnium Clericorum, atque omnium Civium voluntate discussa, ex Presbyteris ejusdem Ecclesiae, vel Diaconibus optimis eligatur Theol. Tom. III.

tur. Et haec partes erunt, quae tunc in electione Episcopi habeat populus.

XX. Obijciunt quarto, Episcopos non fuisse dominos, sed ministri Ecclesiae, ut habetur, 1. Cor. 3. vers. 5. & Ecclesiae 1. ad Timoth. 3. est columna, & firmamentum veritatis; ergo ad eam pertinet eligere suos ministros — Rufinus: Episcopus est sponsus Ecclesiae, id est, populi, & propter hoc datur ei annulus in consecratione; ergo debet accedere populi consensus ad ejus electionem, quia sponsus, & sponsa mutuo consensu debent copulari.

XXI. Respondeo, Episcopos esse potius Ministros Christi auctoritate ipsius regentes, & gubernantes Ecclesiam. Sic enim ait Paulus, 1. Cor. 4. v. 1. Sic nos existimet homo ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Unde eorum institutum non a quocumque de Ecclesia faciendum est, sed ab iis, qui loco Dei in Ecclesia praesident, quales sunt Episcopi, & praecipue Romanus Pontifex.

Ad id, quod addit, nego confeg. & discrimen est inter conjugium carnale, & spirituale Episcopi cum Ecclesia, & praeficitur; quod illa non est parentibus subdita, sed sui juris, quoad assensum in conjugium, vel in conjugem. At populus Ecclesiae in acceptando Pastore subiectus est his, qui Ecclesiae praesident, sicut in aliis ad animam salutem pertinentibus. Addo: Episcopum esse sponsum nedum laicorum, sed totius Ecclesiae fidei, cuius digniore partem constituunt alii Ecclesiae ministri.

QUESTIO VI.

De Presbyteratu.

Episcopatu inseparabiliter conjungitur Presbyteratus tamquam quid ad eum praesuppositum, & essentialiter inclusum, ut vidimus: ideoque Quaestioni de Episcopatu hanc de Presbyteratu subijcimus.

DUBIUM I.

Quid sit Presbyteratus, & an sit Sacramentum?

S. I.

Resolvitur Prima Pars.

I. Presbyteratus, si etymologiam nominis spectes, ab etate longeva sumitur; unde Presbyter, idem est, ac Senior, seu Nasus major: & in hoc sensu usurpatur in veteri Testamento. In novo autem nomen est officii significans eum, qui vel Ecclesiae praefecturam gerit; aliquando quidem primam, quae Episcopis convenit; aliquando inferiorem, quae competit Parochis sub Episcopo curam animarum habentibus; vel etiam purum ministerium Eucharistiam conficiendi gerit sub Episcopo, absque omni animarum cura. Hinc Presbyter in generali acceptione comprehendit tam Episcopos, immo & ipsos Apolos, quam inferiores Presbyteros. Sic in 2. & 3. Epistola Joannis, & 1. Petri, ultimo, Petrus, & Joannes se seniores, id est, Presbyteros vocant. Item ad Titum primo. Cum jubetur Titus per Civitates constituere Presbyteros; Presbyterum pro Episcopo sumi, inde constat, quia sequitur: Oportet autem Episcopum sine crimine esse. Similiter Presbyteros, quos Act. 20. convocasse dicitur Apostolus, paulo post dicuntur Episcopi. Eadem significatio Presbyteri videtur esse, Act. 14. ubi dicuntur Paulus, & Barnabas constituisse per singulas Ecclesias Presbyteros. Et Act. 15. ubi convenisse dicuntur ad Concilium Hierosolymitanum Apostoli, & Seniores. Et Paulus, 1. ad Timoth. 3. iuxta Oecumenii interpretationem per impositionem manuum Presbyteri, intelligit ordinationem ab Episcopis factam. Neque enim (inquit) Presbyteri Episcopum ordinant.

II. Specialis autem vocis Presbyteri acceptione sumitur a Paulo, 1. ad Timoth. 5. vers. 17. Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina, & vers. 19. Adversus Presbyterum accusationem non recipere. Ubi agit de Presbyteris Episcopi iudicio subiectis, & agnoscit Presbyteros honore dignos, qui tamen non laborant in verbo, & doctrina; quod de Episcopis dici non potest. Sed & Jacobus cum dicit, ad infernum adducendos esse Presbyteros Ecclesiae, simplices Presbyteros, & in speciali sensu intelligit. Nam in una Civitate plures quidem Presbyteri esse possunt; sed non plures Episcopi, qui eam regant. In hac ergo specialia significatione hic Presbyteri nomen sumitur, ut significet ministrum Episcopo inferiorem.

III. Quamvis autem Presbyter in utraque praefata acceptione sit etiam Sacerdos, quia facultatem habet offerendi sacrificium corporis, & sanguinis Domini: Sacerdotis tamen vocabulum in Scriptura novo legis attributum, sed soli Christo. Cujus ratio est, quia totum Testamentum novum eo tempore scriptum est, quo adhuc in usu, aut saltem in recenti memoria erant sacrificia veteris legis; & in sua functione versabantur ejusdem legis Sacerdotes; cum quibus nec nomine commutare voluerunt Apostoli; ne adhuc durans, & non abrogatum vetus illud Sacerdotium videretur. At paulo post Hierosolyma cum Templo everta, ac proinde veteris legis sacrificio, & Sacerdotio abolitis; mox Episcopi, Presbyteri,

D d

Pon-